Et qꝛ non curarunt de noīs multiplicatione.Sed de operis ꝑfectōe hinc eſt ꝙ in oēm terrā deus exire fecit ſonū eorum , ⁊ in fines oꝛbis terre verba eoꝛuꝫ.Et vt dr̄ eccleſiaſti.44. Nomen eoꝝ viuet. in gn̄atōe ⁊ gn̄atōne. Quis nūq̄ꝫ reguꝫ hūit tale nomen in mundo vt Abbas Antonius. Cui xp̄s.d.faciā te per totū oꝛbem noīari Quis vnq̄ꝫ imperatoꝝ tale. hꝫ vt contemptoꝛ mundi Petrus ⁊ Paulus,⁊ ſic de alijs apl'is.Quēlibet talem nomine eterno hereditauit dominus eccleſiaſti.15. ¶ Nomē Joſue qui fuit bonus ⁊ deo placens diuulgatum eſt in omni terra . Joſ. 6.De Dauid dicitur.1.Re.18. Quod celeb'factum eſt nomen eius nimis Diuulgatum eſt nomen Dauid. vt dicitur.1.pal'.14. in vniuerſis regionibus. Ratio quia fecit ei nomen grande.2.Re.7.deꝰ. Sic in ſancta Judith factum eſt illud quod neſciens holofernes illi dixerat. Nomen tuum nominabitur in vniuerſa terra Judith ii.facta eſt famoſiſſima quia timebat dominum valde Judith.8.¶ Et ſalamoni dixit regina ſaba.2. pal'.9. viciſti famā virtutibus tuis . h fuit ſanctus modus ⁊ bonus fame propagāde.ſ.virtutibus veris. Antiqui enim fuerunt famoſi virtutibus apparentibus ⁊ non exiſtentibꝰ. vt ponit vallerius libꝛo.ſcd̄o. Rubrica de maieſtate.De metello qui fuit vita ⁊ virtutibus famoſus . De ſcipiōe affricano ad quem videndum latrones venientes ſicut deo munera obtulerūt De Paulo lucullo. Degneo mario qui tante fame fuit ⁊ maieſtatis vt ſeruus miſſus ad eum ipo viſo territus ⁊ tremēs ab ipſo fugit.⁊ ſic multi fuerūt.Saluatoꝛ noſter mundi cōtemptoꝛibꝰ qd dic̄ luce.6. beati eritis cum maledixerint vobis hoīes ⁊ exp̄robauerint ⁊ eiecerint nomen veſtrum tanq̄ꝫ maluꝫ . Nō qꝛ noīa vr̄a ſcripta ſunt ī celis. Dauid noluit ꝙ abiſai noceret ſemei maledicēti ſibi 2.Re.16. Non oꝫ de fama curare duꝫ mō ꝯſcia recta ⁊ bona adſit p̄s.Oleum.i.laus pcc̄oꝛis n̄ īpinguet caput meū oꝫ nos cū vlixe aures obturare a laudibꝰ ſyrenaꝝ.Et ſic fecerūt mūdi ꝯtēptoꝛes q nomen famā nec laudem appetiere.Et nunc eoꝝ laus eſt in eccleſia ſcōꝝ.Et nullius memoria in eternū delebr̄ appet. ¶ Scd̄o qꝛ abiciunt mūdana deſideria ⁊ mundi ludibꝛia.vn̄ q̄ ſibi aſi placebāt odiūt ⁊ deſpiciunt.vtpote diuitias in quaꝝ acq̄ſitōe mundani totū ſtudiū ponūt vt pꝫ in mercatoꝛibus ⁊ qdā in h poſuerunt felicitatē. ¶ Ut carnis delitias.poſt cuius deſideria mūdani vavadunt.vt ſtatus p̄eminētiā ⁊ ſic de alijs h omnia que mundani appetūt d.cum p̄s. Iniquitatem odio hūi ⁊ abhominatus ſum ⁊c̄. Naꝫ diuitias contempnūt. Carnis delitias abhoꝛrent. Et mūdi p̄eminētiā diſpiciunt Primū patuit in apoſtolis q omnia deſpexerunt.Secundum in apoſtolo Paulo qui de ſe .d.i. coꝛ.9. Caſtigo coꝛpus meum ⁊ in ſeruitutem redigo ⁊ cetera.Et gal'.quinto.d.Qui autem ſunt chꝛiſti carnem ſuam crucifixerut cum vitijs ⁊ cōcupiſcentijs. ¶ Tertium patuit in Marcho euāgeliſta qui pollicem ſibi amputaſſe dicitur ne ſacerdotio aptus haberetur. Primum in veteri teſtō patet in helya qui nihil habuit peſſime indutus vt pote pilis cameloꝝ ⁊ zona pellicea accintus renibus.4.Reguꝫ i.Helyſeus omnia ſibi oblata Naaman reſpuit. quarto. Regum quinto.Quartū.inueteri teſtamento. pꝫ

de iudith. que portabat cilitiuꝫ ⁊ Je
iunabat ⁊c̄. Judith. 8. ⁊ patꝫ in ſarra
tob que deo. d. c. 3. Tu ſcis domie qꝛ
nunquam concupiui virum ⁊ mundā
ſeruaui animam meaꝫ concupiſcētia
nunquam cum ludentibus miſcui me
neqꝫ cum hijs qui in leuitate ābulāt
¶ Tertium in veteri teſtamento pa
tuit in gedeone. Qui oblatum domi
nium a populo. d. dominare tu ⁊ filij
tui nobis. Reſpondit nō. Sed veſtri
dominabit̄ dominus deus tu⁹ Judi
cum. 8. Saul ⁊ ſi malus fuerit poſtea
attamen fugit ne rex fieret. i. Re. io.
Quapropter omnia predicta cōſide
rans que mundani appetunt paulus
apoſtolus. nihil taliū vt verus mūdi
contemptor. d. ſe appetere ymo oīa
vilipēdere. d. phy. 3. Que mihi fuer̄t
lucra hꝰ arbitratus ſuꝫ propter chri
ſtum detrimenta verumtamen exiſti
mo omnia detrimenta eſſe propter
eminentem ſcientiam yhu chriſti do
mini mei. ꝓpter quem omnia detrim
tum feci ⁊ arbitrator vt ſtercora. vt
chriſtum lucrifaciam. Ecce qualiter
omnia vt ſtercora abicit apoſtolus ⁊
per conſequens non appetens aliqd
qđ mundani appetunt. prefata a mū
di contemptoribus luce clarius ſunt
demōſtrata vtpote a p̄re noſtro frā
ciſco. Qui pecuniam quam ſacerdos
accipere noluit pro reparatiōe eccle
ſie ſancti Damiani. velud pulueren
in feneſtrā quādā ꝓiciēs villipendit.
Carnē domuit vt eius dominiū paci
fice poſſiderꝫ. Et officiū p̄latōis gn̄a
tus officij depoſuit ⁊ vt fr̄es ceteri
ſub obia prelatorum. viuere voluit.
Sic etiam fecit pater dominic⁹. Qui
carnis ſupercilium domuit ⁊ virgo
pitiſſimus fuit pecuniam ⁊ poſſeſſio
nes ſtatuto perpetuo in capitulo ge
nerali primo bononie celebrato a ſe
⁊ a ſuo ordie elōgauit. Et. d. ſe inſuf
ficientem ꝓ ordinis regimine magi
ſterium ordinis quātū in eo fuit ⁊ ſi
fratribus. non placeret depoſuit⁹.
ſic ⁊ multi alij fecerūt qui Epiſcopa
tus ⁊ cardinalatus dimiſerūt ⁊ alias
dignitates vt dicit petrus Damian⁹
in epiſtola ad papam Nicolaum d̄ di
miſſione epiſcopatus. Qui omnes vt
veri mūdi abdicatores. in mōaſterijſ
⁊ locis deſertis victitantes. nunc in
celo de mūdo carne ⁊ dyabolo victo
rioſi coronantur Ipſeqꝫ petr⁹ Da
miani. Epiſcopatu oſtieñ. ⁊ cardinala
tui abrenuncians ad heremum ſcē
crucis de auellana a quo fuerat per
papaꝫ abſtractus remeauit. vide dic
tam epiſtolaꝫ. que mirabiliter oſtē
dit mundum contempnendū ⁊ deſpe
ctum fuiſſe a quibuſdam viris perfe
ctis. Sicut pōit ipſe de Epiſcopo va
lerio yponenſi qui beatum Auguſti
num loco ſui permiſit in epiſcopum
ordinari. ¶ De lucido ficoclenſi ep̄o
¶ De Aldeberto bononienſi epiſco
po. ¶ De genebaldo laudeñ epiſco
po. ¶ De laurentio cardinali ⁊ ſabiñ
epiſcopo. ¶ De bometo epiſcopo.
¶ De Gaudētio abſerieñ epiſcopo
De paulino nolenſi epiſcopo. ¶ De
Martirio anthiocenſi epiſcopo.
¶ De iuſto lugduneñ ep̄o. ¶ De pe
tro archiepiſcopo raueñ. ¶ De ſilua
no phylipeñ epiſcopo. ¶ De milleſio
ep̄o in citate pſica. ¶ De Arnulpho
metēſi ep̄o. ¶ De pharulpho ciſter
nenſi ep̄o. ¶ De byldulfo treuereñ
ep̄o. ¶ De theodato treuerenſi ep̄o
¶ De gedeberto ſenoñ ep̄o. ¶ De
luitulpho calleñ ep̄o. ¶ De gaudio
ſo. ¶ De lamberto florentino ep̄o.
¶ De nono ep̄o. ¶ De penenſi ep̄o.
quoduulđo ⁊ Sergio ep̄is d̄ quibus
luculenter refert petrus predictus

ipſos dei intuitu ⁊ mundi cõtemptu totali infulas pontificales abdicaſſe ⁊ in monaſterijs degentes poſt chriſtum totaliter inceſſerunt. Tertio. ex mortis deſpectione. Mundani ſuper omnia que amant eſt vita corporalis timentes ſuper omnia mortem. Ratio poteſt eſſe quia cum ipſi poſt vitam. cũ dyabolo ⁊ angelis ei9 eſſe debeant. quãdo poſſunt ne experiantur penas per ſubtractionem ⁊ elongationem a morte quantum poſſunt. non co[n]antes. bene agere. quo euitarent omnino dictas penas. Sȝ in malo eſſe magis volentes ⁊ peccato. Multi enim antequam mortem velint ſubire ſub ſeruitute viuere maluerunt. Sicut ponit vallerius libro 9. c. 13. de Marcho aquilio qui ellegit ſeruum eſſe mitridatis quam mori. ¶ De carbone. qui cum iuſſu põpei deberet occidi. petijt de gr͂a vt aluũ poſſet purgari. vt vita diutius frueretur. Sed in ipſis latrinis fuit tãdẽ morãs occiſus. Uidemus ꝙ homĩes hodie pro vita corporali tenenda in medicis expendunt quicquid habẽt. ⁊ pro chriſto vnum non darent denarium. nec pro anima ſua. Et tamẽ velint nolint lȝ dei ſtatutũ de ſemel moriendo perſoluunt ⁊ non bene ſȝ male. Et multi ſunt qui ad mortẽ deducti. tunc petunt inducias penitendi. Sicut recitat de Criſaurio in libro. quarto dyalogorum. beatus Gregorius Sed quod optabat nõ obtinuit Mors ergo peccatorũ. vt dicit ps. peſſima eſt. Sed mundi contemptorum precioſa in conſpectu. domini hinc ẽ quia ⁊ ſi naturaliter quilibet mortem timeat. Attamen quia ratõ predominatur in eis mori cupiunt vt cũ chriſto mundi contemptore perpetuo viuant. patuit in paulo qui diſſolui optabat vt eſſet cum chriſto. ⁊ xpi amore optabat mori ⁊ ligari. Actuũ. 21. ¶ Sic ⁊ ceteri apoſtoli. qui omnes glorioſi martirij ſuſceptõne. ad vitã peruenerunt eternam. Et quam gaudẽter ⁊ lete patuit i beato Andrea qui d. Ego ſi crucis ſupplicium timerem crucis gloriam non predicarem. Et gaudens ibat ad crucem paratam. Sic glorioſus martir ignatius mortem audiſſime pro chriſto ſuſcepit. Sic alij ſancti martires ⁊ ſpecialiter ſancte virgines. vt patuit in ſancta chaterina. Agnete. Agata. Lucia. Cecilia. Urſula ⁊ ſocijs ⁊ ſociabus. Et ſic de alijs. Sancta dorothea. cũ peteretur ab ea quo ibat ſic inculta ⁊ feſtinanter. cum iret ad locum martirij. Reſpondit vado ad viridariũ meum ⁊ nuptias ſponſi mei. Et ille deridendo dixit. dicas ſponſo tuo vt mihi de roſis mittat ⁊ lilijs ſuis. Et illa annuit. Et ſtatim Martirizata. Angelus i forma Juuenis predicto viro pro parte ſpõſi derothee. roſas obtulit ⁊ lilia. quod videns ille cum eẽt de menſe Januarij. abdito omni errore ⁊ ipſe pro fide martirium ſuſtinendo occubuit. Ratio quare viri mundi contemptores mortem libenter excipiunt. eſt quia ab hinc totam ſpem ⁊ mentem deflexerunt ⁊ in celo poſuerunt quare vt illuc pergere poſſint vitam corporalem dant libẽter ⁊ exponunt. d. ſe non amittere vitam ſed commutare vtpote. temporalem in eternam. triſtem in letam. peccato obnoxiam. in glorioſam. ⁊ malis cunctis plenam in vitam omnibus gaudijs. ⁊ delicijs refertam ymo cum pſal. plorantes ⁊. d. heu mihi quia incolatus meus prolõgatus eſt. Hanc vero mortem cũ prefatis beatus Gregorius. vt in prologo

dyalogorum dicit optabat. Nam vt dicit mortem quoq₃ que cunctis pena eſt.v₃ vt ingreſſum vite ⁊ laboris premium amabat. ¶ Quarto in nullo vite preſentis ſpei ⁊ dilectionis poſitione. Nam mundani preſentē₃ vitam pro patria diligunt gaudia hui⁹ miſere vite inhiant. Et totam fiduciam ac ſpē in mundanis locant. vnde fit vt temporalibus dediti.nec mente nec affectu ad conſiderādam patriam futuram in ardeſcant. Vide ſer Caym quia ſuam ſpem in mundo locauerat ſacrificium obtulit de fructibus terre.⁊ male libenter ꝓpter que deus eius munera non reſpexit oīo gn̄.4. Nēbroth incepit opprimere populos ⁊ ſpem in mundo ponēs contra diluuium in turris hedificatione ⁊ deum ſe voluit ꝑmunire. gn̄.ii. Et hic Nēbroth inter alias ciuitates babiloniā hedificauit Aſſur ciuitatem niniue gen̄.io. Magis curarunt h̄ conſtruere.quam pro futuro ſibi in alia vita domum hedificare quaſi omni tempore hic manere ðberēt. O quot ⁊ quanta hedificia facta ſunt pro ꝯſeruatione corporis.⁊ terrena habitatione.patet ī priamo rege troye qui palatium ſuum ꝙ ylion vocauit precunctis mundi palatijs pulchritudine hedificauit. Sic fecit Rex Salamon hedificauit domum ſuam.⁊ multa fecit. Sic fecit rome nero pro cuius conſtructione depredatus eſt orbis prouintias. Sic gā doforus indie rex voluit/vt ſanctus thomas apoſtolus palatium ſingulare hedificaret.vt in legēda habetur ſancti Thome. Et multi alij opera ꝑclara.in diuerſis locis. Et hodie mul ti ſunt reges ⁊ precipue in partibus infidelium qui mira habent palatia prout de eis dicit frater odoricus.⁊ dominus paulus de venetijs de mirabilibus tartarorum. Et non ſolum in hedificijs ſed in vita.ſunt valde ſingulares habentes cātōes ⁊ cantatrices diuitias delitias.⁊ ſolum que mundi ſunt querentes.de quibus dicunt ſtupenda duo prefati. Et tales a mundanis commendantur ⁊ ipſo℞ ſtatus appetitur ⁊ optatur. Non attendentes ꝙ omnia que ſunt erunt tanquam puluis ante faciem venti. babilonia hodie eſt habitatio nō hominum ſed ſerpentum ⁊ animalium. Niniue ſubmerſa. Troya deſtructa. ⁊ ſic de alijs. ¶ Quapropter mūdi contemptores conſiderantes ꝙ omnia vt dicit ariſto.4.phiſicorum intē pore ſeneſcunt ⁊ deficiunt. Et iuxta dictum Job.c.27. Quod diues cum mortuus fuerit nihil ſecu₃ affert. Et idem dicit pſal. Et quod homo hodie eſt ⁊ cras non erit. Et illud ſalamonis puer.i4. Extrema gaudij luctus occupat. Et homo non poteſt gaudere mundanis ⁊ in futuro diuinis. hic eſt ꝙ totam affectionem remouerūt a mundanis. Ipſum mundū re ⁊ ſpe relinquentes.d.cum apoſtolo.hebr℞.i3. Non habemus hic manentē₃ ciuitatem quare futuram inquirūt. Nā illa que ſurſum eſt Jeruſalem eſt patria noſtra.⁊ mater gala.4. In illa ſi quidem poſuerunt ſpem ⁊ locarunt iuxta monitum chriſti. theſaurizate theſauros in celo. Et meditatione in illa collocati permanent.d.cum apoſtolo phy.3. Noſtra conuerſatō in celis eſt. Et quod talium in celo ſit conuerſatio.patet. ¶ Primo quia nihil mundi volunt ſed omnia cōtempnūt. ¶ Secundo quia ad nihil mundi afficiuntur.nec ad parētes nec ad alios. ¶ Tertio quia ſeparati viuunt. ¶ Quarto quia diuinis exceſſibus

etiam corpore in celum rapiuntur.
¶ Quinto cũ audiunt de deo vel de
futura patria totaliter yllareſcunt
⁊. ¶ Sexto dum omnia propter il
lius adeptionem in commoda ſuſti
nent ⁊ diligũt ſ ꝑ patuerunt in ſanctis
patribus de egipto ĩ ſanctis alijs re
ligioſis.tam monacis quam in alijs.
Tales enim cum apoſtolo Thoma ñ
in terra ſed in celo palatium hedifi
cant vt dicit ſancti Thome legenda.
Et cuz paupere die ſabbati latercu
lis aureis palatium faciunt in celis
vt dicit beatus Gregorius lib. dya
logorum. Et cum ſancto patre be
ne dicto ⁊ alijs ad regna perducun
tur hic exiſtentes ⁊ poſt regni ce
lorum de quibus loquitur pater ſan
ctus Gregorius in libris dyalogoꝝ
Et beatus Jeronimus in vita patrũ
de egipto .Et legende id produnt.
beati Bernardi . Sancti franciſci.
Sancti dominici.⁊ aliorum qui nihil
in preſenti habere uolentes mirãdiſ
exceſſibus.de diuinis ſolatijs conſo
lati.nunc plena domini gloria ditanꝰ
⁊ quietantur.Sic ergo ex quatuor.
predictis apparet talium . mundum
contempnentium mortificatio .quan
tum ad affectuz ⁊ deſideria.Et quod
mundi contemptores prefata hẽant
oſtendit ſanctum euangelium in per
ſona veri contemptoris mundi ſcili
cet domini noſtri yħu chriſti.¶ Pri
mo quod de fame nõ curauit celebri
tate.vide fratres eius.d.Sibi vade
in iudeam vt diſcipuli tui videant.
opera tua que facis in. ¶ Secundo
abiecit mundana deſideria cum mun
di anxietate.Jnquit vos mundꝰ non
odit quia ſcilicet vos mundana appe
titis.Me autez odit quia ipſiuz ſper
no ⁊ perhibeo teſtimonium ꝙ opera
eius ſunt mala.¶ Tertio vitam de
ſperit corporalem quam tempore d
bito pro nobis dedit.Et ideo dicit tẽ
pus meum nundum impletum eſt.
¶ Quarto vitã ⁊ gaudia ſp aſperit
eterna.quia ſemper aſcendit ad diez
feſtum.i.celum quia ſemper fuit ibi.
Jn quo ſunt feſta gaudia leticie dul
cedo.vita perhennis.Amen.

¶ feria.4.dñice de paſſione ſer .40.
de.i4.bono quod conſequitur homo
ex mundi contemptu ſcilicet copula
tione contemptoris ad deuz.

Acta ſunt encenia ĩ ierolis
f Jo.io.Quartumdecimũ bo
nũ ꝙ hõ cõſequiꝰ ex mundi
cõtẽptu eſt.Quia mũdi cõtẽptores
toto mentis amore deo viuunꝰ ⁊ co
pulanꝰ affectu ⁊ deſiderio.Juxta mo
dũ loq̄ndi apoſtoli.i.cor.6.d.Qui ad
heret deo viuus ſp̄s ẽ.Et ſubdit an
neſcitis qm̄ mẽbra vr̄a tẽplũ ſit ſp̄s
ſancti q in nob eſt quẽ hẽtis a deo ⁊
nõ eſtis vr̄i.Mundi.n.ↄtẽptores cũ
nõ adhereãt mũdo ſʒ deo aliter eniz
nõ eſſent veri mũdi cõtẽptores t'les
dicũt cũ p̄s.Adheſit aĩa mea poſt te
me ſuſcepit dextera tua.Et pſal. 72.
Mihi adherẽ deo bonũ ẽ ponere in
dño deo ſpem meã.Sic ergo tali ad
heſione mũdi cõtẽptores deo cõiun
gunꝰ.Et ſic eẽ ꝙ toto affectu deo co
pulenꝰ.p̄t ex quatuor depredẽdi eui
deuꝰ ⁊.¶ Prio ex opatõe q2 mũdi
ↄtẽptores nihil opanꝰ niſi ꝙ deꝰ vlt
p̄cipit vel ſibi plʒ.Clamãtes cũ pſal.
Doce me facere volũtatẽ tuã q2 deꝰ
meus es tu.Et cum Saluatore Jo.
5.Non quero facere voluntatẽ meã
Sed voluntatem eius qui miſit me
patris.Et cum pſalʒ.9. Dicit. Jn ca
pite libri ſcriptum eſt de me. facere

voluntatem tuam deus meus volui ⁊ legem tuam i medio cordis mei.
¶Et ſicut tales querunt ⁊ appetūt ſcire ⁊ facere dei voluntatem. Sic ⁊ faciunt .d. cum Saluatore. Jo.10. Ego ⁊ pater vnum ſumus. Et Jo.8. Non relinquit me pater ſolum quia que placita ſunt ei facio ſemp. ¶Et luce.2.d. In hijs que patris mei ſūt oportet me eē. Sic ⁊ beata Maria fecit quando dixit luc.1. Ecce ancilla domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. Sic ⁊ caleph ⁊ Joſue filius Num. Iſti iquit domin⁹ numeri.32. impleuerunt voluntatem meā. Sic ⁊ Beatus franciſcus a domino queſiuit ſuam voluntatem. quando primuz fratrem habuit.ſ.fratrez Ber. Et an ꝑdicationi inſtare deberet vel orationi. Et cum accepiſſet diuinam voluntatem de ꝑdicando ſtatim nulla mora contracta ad ꝑdicandū iuit: vt.d.ii. pars legende eius ⁊ domini paruit voluntati. vnde quilibet talis debet dicere cum Saluatore illud Jo.4. Meus cibus quem mādu care ſ. debeo continue eſt vt faciam voluntatez eius qui miſit me patris. vnde ipſi domino dicere quilibet talis debet illud. Mat.8. Magiſter ſequar te quocunqꝫ ieris. Et cōſilium Beate Marie per nos impleatur.d. Jo.2. quecunqꝫ dixerit uobis facite. Sed quid dicit ipſe. certe illud Jo.6. operamini cibum qui non parit. Sꝫ qui ꝑmanet in vitam eternam. ¶Scdo ex delectatione ⁊ ꝑceptione. Qui.n. in nullo delectatur mundano. oportet quod delectetur in domio.d. gregorio. Anima iſimis delectatur aut ſummis. Et quanto magis delectat̄ in imis tanto magis reuocat̄ a ſummis ⁊ econtrario. vnde ſi anima diligit que deus: ⁊ odit que de⁹ odit: tē anima in nullo delectatur niſi i deo. Deus odit ſex ⁊ ſeptimum deteſtat̄ anima illius .puer.ſ. vꝫ oculos ſublimes. ⁊ ſic ſuperbiam. linguam mēdacem ⁊ ſic mendatium. primū deus ⁊ ſaluator noſter quia humilis ⁊ diligit humilitatem ſcōm quia ipſe eſt veritas. Manus effundēs ſanguinez ⁊ ſic vindictam facientes ratio quia ipſe dimittit debitoribus ſuis.d. diligite inimicos veſtros. vnde non vult quod homo gaudeat de malo ſui inimici prouer.24. quare nec in ſanguinem eius malum mittere. Sed quia dicit innoxium ſanguinem proculdubio. omnem iracundiaꝫ remouet a ſe diligite. Cor machinans cogitatiões peſſimas. Quod proprie in inuido completur. quia deus inuidiam deteſtatur patuit in caym. ꝑs. Sedens aduerſus fratrem tuum ⁊ aduerſus filium matris tue ponebas ſcandalum ⁊ cetera. ¶Pedes veloces ad currendum in malum in quibus labor omnis auari intelligitur. qui malum operatur. vt diuitias acquirat. Auaro nihil eſt ſceleſti⁹ eccleſiaſti. decimo quare nullus ſic currens ad malum eo. proferentem mendatia omnes ypocriſim ⁊ iudicem prauum deteſtans. Teſtem falacem ⁊ ſic diffamatorem. Et qui ſeminat inter fratres diſcordiam. ⁊ ſic omnes ſuſurrorez deteſtatur. Qui ergo in nullo talium delectatur talis dicitur odire que deus odit. Delectare ergo in domino inquit. ꝑs. Et dabit tibi petitiones cordis tui. Sed qūo debꝫ homo in dn̄o delectari certe. primo vt diligas eum deutero.6.

Diligas dominum deum tuuz.¶ Se
cundo omnem duplicitatem odias qꝛ
deus ſimplicitatem diligat.i.paral.
29.¶ Tertio iuſticiam pſal.44. Dile
xiſti iuſticiam ⁊c.⁊ pſal.115. Dñs di
ligit iuſtos ⁊.¶ Quarto miãz ⁊ vita
tem pſal.83. Diligit de⁹.¶ Quinto
ſapientiam. Ratio quia dominus om
nium dilexit eam ſapientie.8.¶ Sex
to domini mandata Jo.14. Si ergo ꝑ
fata diligis.tũc in domino delectaris
d.ergo talis cũ pſal. Memor fui dei
⁊ delectatus ſum ⁊ exercitatus ſum
⁊ defecit ſpiritus meus ꝑs.86. Qui
ergo adheret deo.in domino debet d
lectari ⁊ conſequenter que deus odit
odire.⁊ que diligit amare. Quaꝛ nec
audire nec videre que abſtrahũt mẽ
tem ab ipſo domino.vt quilibet talis
d.cum berzelay.2. Regum. 19. ad do
minũ nũquid poteſt delectare ſeruũ
tuum cibus aut potus. Aut audiꝛ vo
ces cãtorum ⁊ cantatricũ cantantiũ.
ſcilicet mundi certe non. Ratio quia
ibi nihil ſonat dei. Sed potius mũdi.
¶ Contemptor mundi deuotus Ber
nardus ſignum dabat vniti hominis
cum chriſto. Quando.d. Quod nihil
ſapiebat ſibi niſi chriſtus.nihil place
bat niſi ſonaret ibi yeſus. nec ſapere
poterat niſi oleo ħ.ſ.yeſu chriſto con
deretur.¶ Quo datur documentum
quod vbi aliud ſonat quam yeſus illõ
non eſt audienduz.⁊ vbi aliud quis lo
quitur non eſt intelligendum. d. cum
ſponſa canticorum. Sonet vox tua ĩ
auribus meis vox enim dulcis. Et cũ
ſamuele.i. R.3. loquere domine quia
audiuit ſeruus tuus. Et cuz pſal. Au
diam quid loquatur in me dominus
deus,quoniam loquetur pacem ĩ ple
bem ſuam. De mundi cõtemptore ab
bate Machete.de Inſtitutis mona
chorum recitat Johannes caſſianus
ꝙ quantocunqꝫ quis loquereꝛ d deo
tanto ille ſtabat ad audiendum ſi ve
ro aliqd loqueretur aliud quiſquã de
deo ſtatiz dormiebat. In iſto verifica
tur illud ſaluatoris. Jo.8. Qui ex do
ẽ verba dei audit.¶ Percepit ergo
talis vocem domini ⁊ deguſtat quam
ſuauis eſt dominus. Et ſic delectatio
⁊ argumentum inde ſumitur ꝙ talis
cum domino eſt vnitus ⁊ copulatus.
¶ Tertio ex dilectione.vbi ſciendum
ꝙ dilectio eſt id proprie ꝙ viuit ⁊ co
pulat deum ⁊ animam. ⁊ ſpecialiter
amor diuinus. Et ſic eſſe dicit beatuſ
Auguſtinus ſuper.i.canonicam Jo.
oml.2. Talis eſt vnuſquiſqꝫ qualis ẽ
eius dilectõ. Terrã diligis terra es.
Deum diligis de⁹ eris. vnde ſcriptũ
ẽ.ego dixi dij eſtis. Et vgo de ſancto
victore inde Arra ſponſe.d. Scio ani
ma mea vt cum alium diligis in eius
ſimilitudinem transformaris.virtute
ergo amoris transformatur anima ĩ
amatum. Et cum non quilibet grad⁹
amoris ħ faciat. Sed amor intenſus.
hinc eſt ꝙ ſi homo experimentum cõ
iunctionis anime vult habere videat
ſi tota mente.i.memoria.vt nihil re
cordetur niſi dei.tota anima.i.intelli
gentia vt nihil intelligat niſi deuz.to
to corde affectu ⁊ deſiderio. ⁊ volũta
te deum diligat tunc intelliget ſe ꝑ
fecte deo iũctaz ⁊ copulatã.¶ Et ſic
eſſe paulus declarabat.cum.d.gal.6.
Mihi abſit gloriari niſi ĩ cruce domi
ni noſtri yhu chriſti. Et ſubdit ad pro
poſitum per quem mihi mundus cru
cifixus eſt.quia ad nihil mundi feror
⁊ ducor appetendum. Et ego mundo
quia vita mea potius eſt diuina quaz
humana.ipſo.d.gal.2.xᵉ confixus ſuz
cruci viuo ego iã nõ ego viuit xo ĩ me
chriſtus. Et ſic exprimit vnionem per
fectam per amorem cuz chriſto. Iſtũ

amorem exceſſiuum declarabat ſpon
ſa in canticis.c.5.Nunciate.ſ.dilecto
quia amore langueo.Et.c.5.d.liqueſe
cta eſt anima mea.cum dilectus locu
tus eſt mihi.¶Sic ergo quia amor
habet virtutem vnitiuã copulatiuã
ꝛ tranſformatiuam hinc eſt.vt dictuꝫ
ẽ ꝙ ex dilectõe deprehenditur de cõ
iunction e perfecta anime cum deo.
¶Unde coniunctionem perfectaꝫ cũ
deo oſtendit dominus yeſus chriſtus
in beato patre noſtro franciſco. Cui
prealijs ſuam diligenti paſſionẽ trãſ
formare ipſum in ſe interius ꝛ exte
rius complacuit.vt clareſceret ꝯibus
fidelibus patrem franciſcum in ſola
paſſione domini delectationem omni
modam habuiſſe nihilqꝫ voluiſſe in h
mũdo poſſidere tenere ꝛ habere niſi
chriſtum ꝛ hunc crucifixum.Sicqꝫ ꝙ
dicitur de patre franciſco verum eſt
ſ.Sic transformatur cor amantis in
id quod amat.vt per ſigna foris vir
tus prorumpit amoris.Quod in nul
lo alio vnquam eſt factum niſi imper
fectiſſimo mundi contemptore patre
franciſco.Tranſformati multi fuerũt
mentaliter in chriſtum ipſum ſuper
omnia diligentes.Sicut beata virgo
Sancti omnes apoſtoli.ꝛ ſancti alij.
Atamẽ ꝙ in corpe appuerit trãſfor
matio.h modo vt in franciſco in nul
lo adhuc eſt factum.Et tã euidenter
ꝙ chriſtum crucifixum dilexerit de
claratum.vnde non in merito cernẽ
tibus ipſum homo videbatur alteri
us ſeculi.¶Quarto ex ſui perfecta
dño traditione vt quicquid deo pla
cet agat de ipſo.d. Cum ps. In ma
nus tuas cõmendo ſpiritum meum.
Et cum paulo actuum.9º.Dñe quid
vis me facere.Ecce ego dñe. Et cum
yſaia .c.6. Ecce ego dñe Mitte me.
Et cum Joſeph.gñ.37.preſto ſuꝫ.Et
cuꝫ Moyſe exodi.3.adſuꝫ.Iſtõ quar
tuꝫ vere in fuiſſe ſanctis martiribus
dicit eccleſia de ipſis cãtãs.Tradide
runt corpora ſua propter deum ad
ſupplicia.Et tradiderũt corpora ſua
in mortem.h claruit in .7. fratribus
de quibus habetur.2.machabeorum
c.7.Qui.d.regi antioco. parati ſumꝰ
magis mori quam patrias dei leges
preuaricari.patuit etiaꝫ in eleazaro
ſcriba ſecundi machabeorum.16 .qui
d.domino in morte conſtitutus..Do
mine manifeſte tu ſcis ꝙ cum a mor
te poſſim liberari duros corporis ſu
ſtineo dolores ſecundum animam ve
ro propter timorẽ libenter h patior
patuit enim in ſanctis Machabeis.
ſcilicet Juda patre ꝛ fratribus eius
qui pro dei lege omnia dimiſerunt ꝛ
mori elegerunt.patuit in tobia ſenio
re.qui diuinis preceptis mancipatus
que ſunt dei faciendo regeꝫ nec mor
tem nec rerum ꝓſcriptionem timuit
vt patet tob.primo.Sic etiã claruit
in Moyſe qui conſpectui non timuit
comparere pharaonis ſibi tamen de
vita minanti vt patet in principio li
bri exodi.Et de multis alijs ſanctis
legitur qui tradentes ſe totalit xp̃o
nullius alterius poteſtateꝫ timuerũt
quin libere que ſũt domini exercerẽt
h in ſacro euangelio chriſtus ſuade
bat .d.Jo.12.Qui odit animam ſuam
in h mundo in vitam eternam cuſto
dit eaꝫ.Oñdens ꝙ vita corporalis ẽ
ꝓ ipſo danda.Sicut ipſe dedit aiam
ſuã.i.vitã corporalẽ ꝓ nobis ouibuſ
ſuis Jo.4.¶Sic ergo quatuor pre
fatis apparet qñ aia veri contẽpto
ris mundi põt iudicari unita ꝛ chri
ſto copulata.Et dicta quatuor ſigna
aie deo vnite eẽ oñdit ſanctũ euãge
liũ.¶Primũ.ſ.operationẽ cũ dicit
euangelium poſt pſa. Quod yhs di

xit.opera que ego facio in noĩe pr̃is
mei ⁊c̃.ſ.oſtendunt me eſſe cũ patre
vnitũ ⁊ cõſequenter cuiuſlibet alte
rius mecum.❡ Secundũ oſtendit.ſ
Delectationẽ quam hõ dꝫ habere in
audiendo que loquntur de xp̃o.Cum
dicit.oues mee vocem meã audiunt.
⁊c̃.❡ Tertiũ dilectionẽ.In cuius ꝓ
batõe ponit.d.Ego ⁊ pater vnũ ſumꝰ
Ecce ſumma dilectio.❡ Quartũ ſui
ipſius ꝓ deo oblatõnẽ.cũ dicit ꝙ Iu
dei ſuſtulerũt lapides ⁊ tñ chriſtus
nõ fugit.Sed cõuicit eos ꝙ ipſe ſic
eẽt patri vnitus ⁊ copulatus.tã eſſẽ
tialiter quã dilectõe vt pr̃ eſſet ĩ eo
⁊ ipſe in patre perpetuo.Amen.

❡ Feria.5ª.dñice de paſſiõe ſer.41.de
15.bono qd̃ cõſequit̃.cõtẽptoꝛ mundi
ſ.obtentione venie a peccato.

Rogabat yhm.Quidã phyſeꝰ
vt mãducaret cum illo luce.
7.Quĩtũdecimũ boñ ⁊ vt ſeqꝛ
hõ ꝯſeqt̃ ex mũdi ꝯtẽptu ẽ venie de
pccõ obtẽtio.vbi ſciẽdũ ꝙ lꝫ mũdi ꝯtẽ
ptores ex mũdi ꝯtẽptu a pccõ p̃ſuẽt̃
vt pote.quia radices peccatorum q̃
ſunt in mundi amatoꝛibus.iuxta dic
tum Io.in canonica.ſua prima.c.2.ſ.
Concupiſcentia carnis.Concupiſcen
tia oculoꝛum.⁊ ſuperbia vite.nõ ſint
in eis propter mundi totalē ⁊ verã
abdicationem.Tñ quia vita preſens
non ſine culpa ducitur.ſaltē vẽiali.
Et ante mundi contemptũ aliqua cõ
miſerũt ꝓ quibus ad ſatiſfaciendum
deo obligant̃.hic ẽ ꝙ deus qui eſt li
beraliſſimus.Nec in noſtris delecta
tur pẽis ⁊ miſerijs talibꝰ ꝓ ſuo amo
re mundũ deſpiciẽtibꝰ.de peccatis q̃
ad pẽaꝫ ꝓ eis ꝑſoluendã indulgẽtiã
miſericoꝛditer largitur.❡ Et ſic fec̃
patri nr̃o beato Franciſco poſt mũdi
oĩmodã dimiſſionẽ.Qui cũ deploꝛa
ret annos vite ſue non ſine culpe trã

ſacte.dominus indulgentiam omniũ
conceſſit vſqꝫ vꝫ ad quadrantẽ nouiſ
ſimum.❡ Sed cum dicit beatꝰ Gre
goꝛius.Quod ſanctaꝝ quippe menti
ciũ eſt culpam ibi agnoſcere vbi cul
pa non eſt.Et Io.d.i.c.prime canoni
ce ſue.ſi dixerimus quoniaꝫ peccatũ
non habemus ipſi nos ſeducimꝰ ⁊ ve
ritas in nobis nõ ẽ.Si autem confi
teamur.peccata noſtra fidelis ⁊ iu
ſtus eſt vt remittat peccata noſtra ⁊
emundet nos ab omni iniquitate.Et
ſubdit.Si dixerimus quoniã nõ pec
cauimus mendacem facimus eum.⁊
verbum eius non eſt in nobis.vt eñi
dicitur ꝓuer.20.Quis poteſt dicere
mundum eſt coꝛ meum.purus ſum a
peccato.vt enim dicit beatus Augu
ſtinus de Io.baptiſta.ꝙ ſi frequẽtiã
vitauerit venialium ex ſanctificatõe
attamen ꝙ nullum veniale habuit ñ
concedit.Quia hoc eſt ex ſingulari pri
uilegio.beate Marie ꝙ nullũ hñit
peccatũ.Ex quo ergo ſic eſt.non ſolũ
tenetur homo mundi contemptoꝛ ꝓ
preſeruatione a peccato.Sed ꝓ indul
gẽtia peccatoꝛũ cottidie cũ lacrimis
exclamare.⁊ dicere cũ publicão.luc̃.
18.Deꝰ ꝓpitiꝰ eſto mihi pccõri.Et cũ
p̃s.Dimitte mihi oĩa pccata mea.Et
cũ aplis in oratione dñica Math.6.
Dimitte nob debita nr̃a.verũ ẽ ꝙ cu
piẽs a deo veniã obtinere.dꝫ q̃tuoꝛ
exercere que mũdi ꝯtẽptores faciũt
❡ Primũ ẽ ſe pccõrẽ agnoſcere.ꝓ
fiteri.⁊ affirmar̃.Nõ hꝰ ẽ.qꝛ ſic nl̃ls
petit medicũ niſi q ſe cognoſcit ĩfir
mũ.nec mediciaꝫ accipit coꝛꝑalẽ niſi
q ſe ĩfirmitate dẽtẽtũ agnoſcit.ſic gͦ
pccõrẽ cũ hõ ſe ĩtelligit.dꝫ ad dñꝫ cla
re ꝓ rmiſſiõe pccõꝝ.Dꝫ cũ p̃s.dicer̃
miſerẽ mei deꝰ ſꝫ magnã mĩſicoꝛdiã
tuam.Et ſequitur.ſecunduꝫ multitu
dinẽ miſerationũ tuaꝝ dele inĩqtatẽ

meam. Et alibi p̄s. ſexto. Miſerere
mei dñe qm̃ infirmus ſum. ſana me
dñe qm̃ ꝯturbata ſunt oſſa mea. Et
ſic faciendo qꝛ hõ cognoſcit peccatũ
ſuum deus indulget. vt patuit in ꝺꝺ
qui ꝯfitendo ſe pccõrem. d. 2. Rx. 12ᵒ.
peccaui. Statim dcm̃ eſt per ꝓpham
nathan. Dñs abſtulit pccm̃ tuuz. Et
vice alia in numeratiõe populi. 2. Rx.
24. aſſerendo ſe Dauid maleſeciſſe ⁊
d. Ego ſũ q peccaui ⁊ eᵒ iīq₃. egi ṽtaẽ
obſecro ira tua ꝯ me ⁊ ꝯ domũ pr̃is
mei ſtati diuinã iraz mitigauit. ⁊ pla
cauit. vt eni dicit origenes. aſſerẽdo
ſe maximum pccõꝛuz nihil maius in
ſacrificio cordis hac confeſſione. ⁊ h̄
ſola ſufficit. Et Beatus Auguſtinus
d. ꝙ homo agnoſcens reatum ſuum
cito ad indulgentiam diuine miſeri
cordie ꝑueniet. Patuit i publicano
qui ſe confitens pccõrez ⁊ agnoſcẽs
iuſtificationez obtinuit luce. 18. Mũ
di ergo contemptores qꝛ non ſupbi
ſunt. Sed humiles lʒ ſint plurimi a
pccõ preſeruati ⁊ imunes Clamant
tñ ad dñm illõ Judith. 7. Tu q pius
es miſerere nr̃i. Et p̄s. Delictũ meũ
tibi cognituz feci ⁊ iniuſticias meas
non abſcondi. Et ſequitur p̄s. Remi
ſiſti iniquitatẽ pcci mei. Talibꝰ eniz
deus dimittit vniuerſum debitum.
Mat. 18. ¶ Secundo ad pñiam pera
gendam diſponere ⁊ p̄parare. penitẽ
tia enim cum non ſolum purget pec
cata Sed preſeruat. Et ſic medicina
purgatiua ⁊ p̄ſeruatiua. hinc eſt ꝙ
homo quãtũcunq₃ a peccato imunis
pñiam dʒ exercere vt preſeruetᷓ a ui
tijs ⁊ pccis a quibꝰ diuina gr̃a libe
ratꝰ ẽ. virgo Maria ⁊ ſi imunis fue
rit a pccõ ſemper tñ in pñia fuit Jo
hannes Baptiſta ſanctificatus ī vte
ro. ad minꝰ. 25. annis fuit in deſerto.
⁊ ſemꝑ in pñia. ¶ Jllarion. ⁊ ſi pur
gatiſſimus fuerit a pccis vſq₃ ad diẽ
ſue mortis in pñia fuit. Sic Abbas
Antonius. Sic ⁊ pr̃ franciſcus ⁊ plu
res alij ſancti. Non ſolũ qꝛ vixerũt
iuxta puritatem euangelij ⁊ Sic in
pñia ſemper fuerunt vt dicit Beatꝰ
Auguſtinus in ſermone Beati Lau
rentij. Omnis enim vita xpiani ſi eſt
ſcdm̃ euangelium non eſt enim niſi
crux atq₃ ſuppliciuz. Sed ẽt quia ex
humilitate pccõres ſe dixerunt. vt
patuit in pr̃e franciſco q ſe maximũ
pccõꝛum ꝓfitebaᷓ non rõne delicto
rum ſed qꝛ vt ſibi videbaᷓ deo ex tã
tis beneficijs collatis minus oibus
pccõꝛibus erat gratus. ¶ Plãgat
gᵒ qlibʒ mũdo abrenũtiãs ſua pccã
p̄terita qꝛ vʒ p̄t ignorare an deus
totam eidem remiſerit penam niſi
deus ſibi reuelaret. pñtia vitet pec
cata. ⁊ caueat futura non iterando.
qꝛ vt dic̃ Magr̃ i. 4. di. 14. qꝛ Jrriſoꝛ
⁊ non penitens eſt qui iterat plãgen
da. Debet enim que plangit non ite
raᷓ. vt ꝺ manaſſe rege iudee qui pri
mo fuit peſſimus poſt conuerſus ad
dñm egit pñiam magnam valde vt
dr̃. 2. paꝛ. 33. Cũ ſancta ergo Judith
quilibet portet cilicium Jeiunet cũ
ctis diebus preter ſolẽpnitates, ⁊c̃.
ſcribiᷓ Judith. 8. Et cum anna vt hr̃
luce. 2. Magdalena. 30. annis ſtetit
ad faciendam pñiam in ſpecu artiſſi
ma a nullo hoīuz viſa. 3ᵒ aſſidue dei
miſericordiaz implorare. h̄ ſequitur
ad p̄dicta. 2ᵒ. vt homo agnoſcens pec
catum. pñiam exerceat. Et. 3ᵒ diuinã
miſericordiam imploret non ſolum
vt veniam concedat de p̄teritis. ſed
⁊ de cottidianis delictis que ſaltem
venialiter ꝯmittunᷓ a quolibet. De
bet enim exemplo heſter depoſitis
veſtimentis. i. oibus ſeculi mundiali
bus clamare ad dñm ⁊ miſericordiã

inueniet hester.14. Cum filijs israel qui tpe Judith ad dñm clamauerũt Judith.6. Et cũ cananea. Mat.15.q clamat ad dñm. Niniuite induti sac cis ⁊ Jeiunio ꝯfecti clamauerunt ad dñm Jone.3. Sed qd dꝫ hõ dicer sic clamando. vbi sciendũ ꝙ deprecatio dꝫ formari. Uel pticulariter put ma teria exigit qua hõ supplicat deo ⁊ sic in sacro eloquio diuerse spẽs sup plicationũ ad dñm reperiunt vt pꝫ in li°. Judicũ.c.3. De Dauid.2.Re.7. ⁊.c.vltimo. De Salamone.3.Re.4.⁊ 8. De ezechia.4.Re.19. De Judith.c. 9. de hester.c.14. Et d canaẽa. Mat. 15.⁊ de mltis alijs pꝫ. vt in li° macha beorum. De Juda ⁊ de alijs q iuxta materiã q occurrebat formabantur Attñ gñalr alique ponũt. vꝫ in vete ri testõ vꝫ Jere.17. Sana me dñe ⁊ sanabor. saluũ me fac ⁊ saluus ero. qm laus mea tu es. ¶ Dauid vt pꝫ i li° psalmoꝝ.d. Oñde nobis dñe mi sericordiam tuã ⁊c. Redde mihi le ticiam salutaris tui ⁊c. Ecclesiasti. 9.c.23.d. Dñe pr ⁊ dñator vite mee ne derelinquas me in cogitatu ⁊ con silio ⁊c. vide ibi vsꝗ ibi doctrinam ⁊c. Et.c.36.d. Miserere nri oĩuꝫ de us ⁊ respice in nos ⁊ oñde nobis lu ceꝫ miseratõnũ tuaꝝ. Et ꝙ sequitur vide ibideꝫ. ¶ Attñ a nro saluatore noticia orandi qcunꝗ de cã.d. Mat. 6. Cum orabitis dicite pr nr qui es in celis. Sanctificet nomen tuũ ⁊c. h oĩa possibilia p quacũꝗ cã ꝯtinet exprimit ⁊ apud dñm iterpellat. De qua ad pñs nihil dicaꝫ. Sed vna alia est ⁊ valde breuis quaꝫ in principio cuiuslibet hore dicim⁹ ⁊ dicẽ sp de bemus. Et h est quã dicit ps. Deus in adiutorium meum intende. Domi ne ad adiuuãdũ me festina. h si quidẽ versiculus vt docet Abbas ysaac.2.

sua collatione.c.10. pront recitat Jo hannes cassianus in collationibus patrum. Recreant omnes affectus quicunꝗ inferri possint humane na ture. Et ad omnem statuꝫ vniuersos ꝗ incursus competenter aptatur habet aduersus omnia discrimina in uocationem dei. habet humilitatem pie confessionis. habet solicitudinis timoris perpetui vigilantiaꝫ. habet consideratõeꝫ fragilitatis sue. exau ditionis fidutiam. confidentiam sem per presentis astantis que subsidij Qui enim iugiter suum inuocat pro tectorem certum est semper eũ pre sentem esse. Habet amoris ⁊ carita tis ardorem. Habet insidiarum con templationem inimicorum que for midinem. Et subdit. Quod in oĩbus prosperis ⁊ aduersis dicendum est. Deus in adiutorium ⁊cetera. quia homo ex hoc quia nescit quid sibi ex pediat. ponit se in manibus domini d. Deus in adiutoriũ. ¶ Si a castri margia ciborum regalium ⁊ alioꝝ incitatur.d. Deus in adiutorium ⁊ cetera. ¶ Si contingat te incitari ad cõmedendum ante horam.d. De us in adiutorium meum intende. ¶ Si ventris lascitudo vl ariditas ipugnet Jeiunare.d. Deus in adiu torium ⁊cetera. ¶ Si carnalis con cupiscentia mentem ⁊ carnẽ titillet d. Deus in adiutorium. ¶ Si in mẽ sa asperitas ciborum te moueat.d. Deus in adiutorium ⁊cetera. ¶ Si vis lectioni incumbere ⁊ dolor capi tis adsit seu stomaci adsit. vl sompn⁹ opprimat. Deus in adiutorium ⁊ce tera. ¶ Si sompnus interrumpat di uinum officium vel conturbet.d. De us in adiutorium ⁊cetera. ¶ Si sub lato sompno dyabolicis illusionibus illudatur.d. Deus in adiutoriuꝫ ⁊c.

¶ Si temptatio adſit ⁊ ad conſen
ſuʒ pertrahat.d.Deus in adiutoriũ
¶ Si temptatio ſit extincta vt regra
tieris deo.⁊ te perpetuo in caſtitate
cõſeruet.d. Deus inadiutorium me
um intende. ¶ Si te inquietet phi
largia.i. auaritia.d. Deus inadiuto
rium ⁊ cetera. ¶ Si furoris ardor.
Accidie torpor. ⁊ ſuperbie inflama
tio te circundʒ.d.Deus inadiutoriũ
⁊c. ¶ Si humilitatem vis poſſidere
humiliter.d.Deus inadiutorium ⁊c.
¶ Si diſtractionem mẽtis per cogi
tationes illicitas ⁊ ex hoc ariditateʒ
indeuotionis haurias pateris.d.De
us inadiutorium ⁊c. ¶ Ut deus ſta
biliat cor tuum ⁊ te dirrigat in agẽ
dis.d.Deus inadiutorium ⁊ cetera.
¶ Ut te viſitet ſancti ſpiritus gra
tia ⁊ preſentia.d. Deus inadiutoriũ
⁊c.¶ Ut tuum illuſtret intellectum
⁊ ſua tibi ſecreta reuelet.d. Deus
inadiutorium.¶ Te dyabolus diuer
ſis timoribus concutit.d. Deus ĩad
iutorium ⁊c. ¶ Demon te diuerſis
fantaſmatib⁹ illudere appetit.d.De
us in adiutoriuʒ ⁊c.¶ Si ſentias te
per ſanctos angelos contra dyaboli
cos in ſultus adiuuari ⁊ conſtantem
fieri vt h conſtantia ⁊ fortitudo per
maneat ad deuʒ recurre.d.Deus in
adiutorium ⁊cetera. ¶ In quolibet
opere faciendo ſemper primo.d.De
us in adiutorium. ¶ Si cubitum va
dis.Si ad menſaʒ. Si exurgis a ſom
pno.d. Deus in adiutorium. ¶ In
omni periculo.In omni negotio Et
in cunctis poſſibilibus occurrentib⁹
ſemp deuote.d.Deus in adiutoriuʒ
⁊c.Sic ergo patet qua oratione mũ
di contemptor tam pro peccatorum
dimiſſione quam pro conſeruatione
in gratia ⁊ bono opere vti debet.
¶ Quarto firmiter credere ⁊ tene
re deum ⁊ poſſe ſibi veniam dare ⁊
eum ab omni peccato preſeruare.
¶ Primum Caym non credidit. vt
patet.gñ.4. ⁊ deſperauit. Sed quid
debet dicere domine vt exprimat p̄
dicta credere certe cum Salamone
ſapiẽtie.12. Domine tibi ſub ẽ poſſe
cum volueris. Cum Dauid p̄s. Po
tens es domĩe.⁊ ſequitur. Tu domi
narijs poteſtati maris. motum aũt
fluctus ei⁹ tu mitigas ⁊ tẽptationũ
ſ.magnitudinem.Et p̄s. Omnia que
cunq̈ʒ voluit dominus fecit in celo ⁊
in terra.Cum heſter.13.Inditõe tua
cuncta ſunt poſita.⁊ ſequitur.Si de
creueris ſaluare nos continuo libe
rabimur. Et cum leproſo. Mat.8.
Domine ſi vis potes me mundare.
Et quia ipſe pius eſt benignusq̈ ⁊ mi
ſericors quid Reſpondit certe illud
ꝙ ſequitur ibi.volo mundare.Et p̄s.
Quoniam in me ſperauit liberabo.
eum eripiam eum ⁊ glorificabo euʒ
Sic ergo contemptoribus mundi.d.
domino. Domine ſpes mea a iuuen
tute mea.Et p̄s. In te ſperaui domi
ne non confundar in eternum. In
vmbra alarum tuarum ſperabo ⁊ce
tera.Et quid ſequitur certe. factus
eſt mihi vt.d.ipſe p̄s. In refugium ⁊
deus meus.in adiutorium ſpei mee.
Sic ergo quatuor prefatis patet.
quomodo mundi cõtemptores adeo
obtinent de peccato veniam ⁊ a pec
cato preſeruationem.Et quod prefa
ta habendo.deus veniam largiatur
de peccato oſtendit ſanctum euange
lium in pſona Magdalene. que qua
tuor predicta habẽdo a chriſto obti
nuit remiſſionem peccatorum chri
ſto.d.eidem. Remittuntur tibi pec
cata tua. Et quod quatuor predicta
habuerit patet in euangelio habuit
enim. ¶ Primum peccati cognitio

nem. Ideo acceſſit ad yeſum ⁊ nõ ante ſed retro. ¶ Secundum habuit ad penitentiam diſpoſitionem quia attulit alabaſtrum ⁊ lacrimis lauit pedes ⁊cetera. ¶ Tertio miſericordie implorationem. Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. ¶ Quarto in domino confidentiam ⁊ de eius dominatione. cum dicitur ei a chriſto. fides tua te ſaluam fecit in preſenti a criminibus. ⁊ nunc in eternis locauit manſionibus Amen.

¶ Feria 6a dominice de paſſione ſermo.42. de.16. bono quod conſequitur mundi contemptor ex abnegatione mundi. ſ. exultatione in aduerſis.

Collegerunt pontifices ⁊ phyei conſilium ⁊c. Jo.11. Sextũdecimũ bonum ⁊ vtile ꝙ hñt mundi ꝯtemptores ex mundi abnegatione. eſt in aduerſis gaudium leticia ⁊ exultatio. Tales eniꝫ nihil aduerſi ſentiunt. vt pꝫ in apoſtolis qui ceſi ⁊ verberati ibant gaudentes actuum.5. Beatus Laurẽti⁹ d. Diſce miſer q͛ carbões tui nõ ardorem ſed refrigerium mihi ꝓſtant. ¶ Beata Agata ibat gaudens ad carcerem quaſi ad epulas inuitata. Et Beatus Vincentius in tormẽtis d. Ego i ſublimibus agor. Sed ꝙ ſic mundi cõtemptores in aduerſis per oppoſitum ad mundanos gaudeant ⁊ letenť ex quatuor ꝓuenit. ¶ Primo ex conformitate ad diuinam voluntatem. volũtas enim diuina ſicut cauſa eſt omnium entium. vt dicit Beatus Auguſtinus.3. de trinitate. c.4. ⁊ magr ponit.1. de.45. c.6. Et concludit magr in fine dicte diſtĩctõis. d. Itaqꝫ non niſi diuina volũtas cã prima eſt. Sanitatis egritudinis ꝑmiorum atqꝫ penarum gr̃arũ ⁊ retributionum h igitur ſola eſt. vnde ortum eſt quicquid eſt ⁊ ipſa non eſt orta ſꝫ eterna. Sic ipſa eſt q̃ oĩa gubernanť diſponunť ⁊ regulanť. Et in oib⁹ eſt rectiſſima ⁊ iuſtiſſima vt ponit magiſter.1. di.40. ⁊.41a. hinc eſt ꝙ nihil fit niſi q̃tuꝫ ipſa ꝑmiſerit ⁊ facit ⁊ h ſancte iuſte recte ⁊ bene. quare ſi aduerſa inferantur cum id non fiat niſi diuina voluntate ⁊ iuſtiſſime. mundi ꝯtemptores totaliter. h attentãtes de nullo ꝙ eis eueniat triſtanť ⁊ turbantur. ſed in cũctis letantur ⁊ gaudent. Et iõ. d. ſeneca ꝙ probi hoies talibus aduerſis a deo ꝓbantur vt fiãt meliores ⁊ exerceanť. q͛ gubernator non⁹ niſi aduerſitatibus ⁊ fluctibus. Dux in bello. ⁊ ſic de alijs. paternum enim aĩum hꝫ erga tales. planta enim non bene firmatur. niſi bene fuerit a vẽtis agitata. Et ſicut dicit Gregorius in ꝑ mor. Aromata fragantiam ſuam non niſi cum incenduntur expandũt. Sic ⁊ ſancti viri in aduerſitate ꝙ in tus i eis latet oñdũt. Nec de aliquo turbanť ſed in cunctis deum laudant patuit in ſancto Job. qui tot confoſſus aduerſis ſemper mente imperturbatus deuꝫ laudauit. d. benedictuꝫ ſit nomen domini. Sic tres pueri miſſi in fornacẽ ignis ardentis dominum laudabant ⁊ benedicebãt dañ.3. Sic Beat⁹ Jacobus in abſciſiõe cuiuſlꝫ mẽbri deũ bñdicebat. Sic ſãctulus palitic⁹ vt dic̃ btͣs gregorius.4. dyalogoꝝ faciebat. hij tales mundi ꝯtẽptores. q͛ q̃ placita ſunt deo volũt. d. Cũ xp̃o nõ ꝙ ego volo ſꝫ ꝙ tu de nullo turbantur. ¶ Inſuper ipſi attendentes penas ⁊ aduerſa que chriſtus pro nobis portauit. d. yſ.53. vere langores

noſtros ipſe tulit ⁊ dolores nr̃os ip ſe portauit. Et yſ. 53. d. Dominus po nit in eo peccata omniuʒ. i. penas pec catorum omnium. Et beatus petrus d. i. petri. 2. peccata. i. penas peccato rũ noſtrorũ ipſe portauit in corpore ſuo ſup lignũ. Et iõ. d. c. 4. xp̃o paſſo i carne vos eadem cogn. tõe armamini hinc eſt qꝫ veri conteptores volẽtes ſequi chriſtũ in talibus de nullo eis aduenięte turbãtur ymmo gaudẽt ⁊ letantur. i. corrin. 4. d. pſecutões pa timur ⁊ ſuſtinemꝰ. Et. 2. thy. 2. omnia ſuſtineo propter electos ⁊c̃. Dauid d. 2. R̃. 18. loquens de Abſalon. Quis det vt ego moriar pro te. Si vero ꝓ filio a fortiori ꝓ deo ſuſtinuit aduer ſa. ¶ Secundo ex amore ad ꝓximuʒ ⁊ caritate. Sũma caritatis ⁊ dilectõ nis ẽ ꝓ inimico orõ. ⁊ interceſſio ⁊ eius dilectio vt dicit beatus Grego rius. Mundi cõtẽptores qꝛ tota dili gunt deũ mẽte ⁊ ad ipſuʒ habentes contritum ꝓximum ⁊ cõſequẽter ini micum vt ſeipſos diligunt hinc ẽ qꝫ ſi ꝓximus mala infert patienter tol leratur. nihil ſcandalizati contra ꝓxi mum nec cõmoti. Aut ira accenſi. in corde ſunt in tranquillo. de nullo qꝫ infertur turbantur nec conquerunť. ¶ Inſuper cum in eis non ſit inuidia ſed amor. ſicut nec de aduerſis. q̃ ini mici ingerũt, Sic nec de ꝓſperitate taliũ cõmouenť. ¶ Et qꝛ ſic ẽ qꝫ qc quid cõtingat iperturbati ſerũt do lentes plus de iferentibus q̃ꝫ d̃ ſe ip ſis. Dauid valde doluit d̃ morte ſaul hoſtis ſui ⁊ fleuit. Sic ⁊ de morte ab ſalon. O quot inueniunť de paganis q̃ ſuis indulſerunt inimicis. Nec cõ moti ſunt quoquo mõ contra eos vt aliqualiter fuit dictum. feria. 6. cine rũ. Tales enim vt magnifici. dñt illõ ſenece. nõ nocuit ſed aium nocẽdi ha buit. vnd̃ cũ dauid dño dñt illud p̃s. 7. Si reddidi retribuẽtibus mihi ma la decidam ab inimicis meis inanis. ¶ Tertio ex oĩum abiectõe ⁊ p̃mij cõſideratione. Qui enim oĩa abic̃ re ⁊ opere a nullo qꝫ accidat poteſt ter reri. Quia talia ſunt extrinſeca. que cõtẽpſit. de ãmiſſione nõ dolet. Si i trinſeca ſunt vt pote propria perſo na vt eſt pcuſſio ⁊ vulneratio ⁊ huiuſ modi. non timet nec dolet. ratõ quia vt dictũ eſt conformis voluntati die Nec leſione a ꝓximo inflicta moriť. quare d̃ talibus nihil curat. Sed ſꝑ in mentis iubilo ſtat ⁊ letitia. ¶ In ſuper cum ſciant qꝫ celum lucrari nõ poſſunt ⁊ ad obtinendum celuʒ tota ipſorum intentio feratur niſi per mľ tas tribulationes actuum. 14. Et paſ ſiones huius temporis nihil ſunt ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis ro. 8. ¶ Ac nouerit qꝫ denariũ non habent patris familias niſi in vi nea laborantes. Et ſciũt illud apoſto li qꝫ vbi ſuperhabundant tribulatio nes habundat ⁊ conſolatio. Et qꝫ ſo cij paſſionum erunt ⁊ conſolationuʒ hinc eſt qꝫ de nullo turbantur ſed ſꝑ leti ⁊ gaudentes deo regratianť ha bentes repromiſſionem vite que nũc eſt ⁊ future. i. thy. 4. Tribulatõ i mũ di contemptoribus eſt ſubarratio ⁊ ꝓmiſſio future glorie obtinẽde. quo modo ergo debent de eo dolere quo mediante vitam adipiſcũtur eternã Deus eniʒ promiſit laborantibꝰ i tri bulationibus quod iuſtum eſt dabo vb. Mat. 20. Nec deus eſt vt homo vt mentiatur. Et quecunqꝫ promiſit potens eſt faceř ro. 4. Quař eis dat petitiones cordis eorum. beato pře. fran. tribulatione multa oculoruʒ ⁊ demonum in ſpecie murium vexa tus in ſancto damiano adeo vt non

poſſet dormire repromiſſione a deo
accepta de theſauro recipiendo ſem
per fuit letus.Sic ⁊ vice alia certifi
catus de uita eterna a deo ꝑcipiẽda
tanta leticia eſt ꝑfuſus vt infra .15.
dies vix cõmederit ⁊ nihil aliud egit
niſi laudando dñm ⁊ ipſuȝ benedicẽ
do Apl'i ſci ſubarati a xp̄o.Mat.10.
vt qui eum confiteret coram hoib⁹
ipſe eum confiteret coram p̄re ⁊ an
gelis eius.de tribulationibus quas
ipſi erant paſſuri nihil curarunt pre
mium eis ſolum attendentes.❡Si
byas ⁊ ſtilbon oibus tp̄alibus ámiſ
ſis.d.ſe nihil amiſiſſe.Sed ſua bona
ſecum habere. quid de veris mundi
contemptoribus.Et pro patria ter
rena infinitos ſuſtinere labores ⁊ le
tanter. quomodo non a fortiori per
fecti mundi contemptores pro p̄ria
celeſti.Certe ⁊ fecerunt vt patet in
vitis patrum de pluribus.❡Quar
to ex crucis ⁊ paſſionis aſſidua iſpe
ctione ⁊ deuotõne.Crux eni ⁊ ſignũ
crucis.ꝯfuget aduerſarios inimicos
⁊ in poſſibile ſit habenti aſſidue paſ
ſionem dominicam ſub mundi ⁊ dya
boli periculis captiuari.vtpote quia
ipſa crux xp̄i in ſacro eloquio vocat
lignum vite.Et ſicut eſt.triplex vita
ſic ipſa tripliciter vitam dat deuote
ipſo vtentibus ſeq; ipſo ſignantib⁹.
vita quedam eſt nature.quedam gr̄e
⁊ quedam glorie. Quia ipſa dictam
triplicem vitam accomodat hinc eſt
quod non meſtificat mentem ſed le
tificat. ❡Et quia in ſacro eloquio.
ſex vicibus vocat lignũ vite vȝ.gen.
2°.prouer.3.5.15.Et apoc.2.⁊ cap.22.
hinc eſt quod ſex modis. vitam natu
re confert ⁊ gratie vitam enim natu
re ⁊ corporalem. ❡Primo modo
dat langores a mouendo. Beatus
Pater franciſcus reate quẽdam lã
guidum ⁊ contractuȝ nomine gedeo
nem.ſignãdo cruce extendidit in mẽ
bris ⁊ langorem fugauit. ❡Secun
do a morbo preſeruando. patet in
Beato Johanne euangeliſta q alla
tum poculum venẽi ſigno crucis ap
poſito.illeſus abſorbuit. ❡Tertio
a mortis periculo liberat frater be
nedictus d aretio frater minor ignẽ
in caſtro Sãcti Sauini dyoceſis are
tine qui cõburebat totum caſtrum
apponendo ſignũ crucis extinxit ſta
tim penitus. ❡Quarto a morte ⁊
mortuos ad vitam reuocando vt ha
bes in legenda Inuentõis Sancte
Crucis tactu crucis ligni fuerũt rſuſ
citati.❡Quito a mortis inia reuo
cando ⁊ eripiendo.patuit in iudeo q
ſe ſignauit ⁊ demones eum non po
tuerunt tangere ſed viſo ſigno cru
cis fugierunt. vt habetur in libro.
dyalogorum.Sexto in prelio ab ho
ſte defendendo vt patuit de Conſtan
tino contra Marentium ⁊ de hera
dio contra Coſidem regem perſa
rum pluribus alijs modis vitaȝ pre
ſtat corporalem.Sed dicti ſufficiant
⁊ ſic pȝ q̄uo vitam exibet corporalẽ.
❡Dat ho vitã ſp̄ualeȝ.ſ.gr̄e.⁊ h.6.
modis.❡Prio vitã gr̄e ⁊ venie lar
giendo pȝ in latrone q adorãdo cru
cem ſiue crucifixũ fuit occiſus ⁊ ſta
tim ad celum euolauit.❡Scdo dya
bolum ab obſeſſis expellendo. p̄tes
Bts franciſcus ⁊ ſci alij ſigno cru
cis vexatos a dyabolo liberauit. Et
ſpecialiter ciuitatem Aretij que in
ſtigantibus demonibus ſui minaba
tur diuiſione ⁊ occiſione ruinam pre
cepto demonibus facto per ſocium
vt abſcedere deberent ex parte
dei ⁊ ſerui ſui franciſci. dum abſce
dunt ciuitas ad pacẽ redijt ⁊ tran
quilitatem. ❡Tertio veritatẽ oſtẽ

do dyabolus fugit a fortiori dum vi
dit animam tranſformatã in chriſtũ
eius effigiem gerentem.vnde p̃ timo
re cuſtodes ſiunt quaſi mortui quia
demones viribus eneruantur qui cu
ſtodiunt homines ne bonum faciant.
¶ Duodecimo homo talis fit iſupe
rabilis.Sicut chriſto omnia obediũt
⁊ ſue potẽtie nihil reſiſtit quia data
eſt ei omnis poteſtas in celo ⁊ in ter
ra.ſic ⁊ tali ⁊ cuilibet ſimili dicit.No
lite timere ſcilicet de aliquo.nec ab
aliquo.¶ Tertiodecio.nihil ei ſapit
aut apparet dulce vel delectabile ni
ſi crucifixus iõ dicitur.Scio qꝺ yeſuꝫ
queritis nazzarenum crucifixuꝫ.
¶ Quartodecimo alta contemplatõ
ne talis ad diuina eleuatur a chriſto
Jõ dr̃ nõ eſt hic.¶ Quintodecimo.
Dominum ad carne veraciter poſſi
det ad quod deſignandum dicit Sur
rexit.¶ Sextodecimo iudiciali cõſo
latione repletur.Jõ dr̃ venite ⁊ vide
te locũ.nã vt optabat domino eſt cõ
iunctus.¶ Septimodecimo.Signis
talis tranſformatio manifeſtatur vt
mũdo iſenſibil' reddat.iõ.dr̃. cito eũ
tes.dicite diſcipulis qꝛ ſurrexit ⁊c.
¶ Octauodecimo vita viuit ſingula
ri qꝛ xp̃i.p̃cepit.i.a vita corꝑali.⁊ va
dit i gallileã.i.ad vitam ſpiritualem
¶ Nonodecimo ſꝑ mẽtẽ ẽ in deum
abſortus ⁊ eleuatus.Jõ dr̃ ibi.ſ.i ce
lo ſꝑ aſſixũ videbitis ⁊.¶ Uigeſimo
⁊ vltio.vitã ẽ hiturus pꝰ mortẽ cor
pis eternã.tal'.n.trãſformatio ⁊ bea
titudinis arra q̃ꝫ xp̃s p̃dixit nob. vꝫ.
Jo.ii.volo pr̃ vt vbi ego ſum ibi ſit ⁊
miſter meus.Sic ergo appet q̃ꝫ bo
nũ eſt ordinari hoĩem mũdũ minorẽ
virtutibus ꝑ quas.hõ venit ad ꝑfec
tã vnionẽ cũ xp̃o.in p̃nti.⁊ deinde in
futuro amen.Et ſic ꝯplet dia gr̃a ſe
cũdꝰ tractatꝰ huius operis.vꝫ.ð mũ
do microcoſmo.i.minori. ſ.homine ꝯ
ponendo videndũ erit a mõ.de.3ꝰ.vꝫ
mundo archetipo.ſ. deo appetendo.

Seqt Tertia pars. principalis.ſ. de
mũdo.Archetypo.

¶ Dñica reſurrectionis de epiſtola
ſer.55.de cognitione dei.

Xpurgate vetus fermentũ
E vt ſcitis noua cõſpſio.i. cor:
5.Poſt q̃ꝫ gratia dĩna faciẽ
te.ð ictũ eſt de duplici mundo.vꝫ ſen
ſibili exteriori cõtẽpnẽdo.Et de mi
nori mundo.vꝫ.homine cõponẽdo.vi
dendũ ẽ nũc de tertio mũdo. ſ.arche
tipo.i.maiori mundo.ſ.deo appetẽdo
Qui deus dr̃ mũdus archetypus.qa
oĩa in ip̃o ſunt ⁊ cõtinent.d.apoſtolo
Ro.ii. Oĩa ꝑ ipſũ ⁊ in ipſo cõſiſtunt.
Et coloſ.p̃.ꝑ ipſum ⁊ in ip̃o ſunt oĩa
Et boetius tertio ð ꝯſo.d.mũdũ mẽ

te gerens.ſimiliꝗ̃ imagine formans
Ducis ab exemplo pulchꝛuʒ pulche
rimus ipſe.Et Jo.i.Jn ipſo vita erat
ꝛc Tali igitur de cã mundus arche
typus nũcupatur.De iſto ſi quidem
mundo archetypo volendo aliqualeʒ
noticiam hr̃e.vno p̃ſuppoſito vʒ.ꝙ
ſit.h enim confitetur quelibet natio
eſſe.vʒ deum eſſe. Et ſi in mõ ponen
di dr̃ant.vtpote ydolatre ab alijſ gẽ
tibus.Et catholici ab hereticis.oĩs
terra ſicut veritatem eſſe ꝯfitetur.
Sic ⁊ deum eſſe. ad hanc enim veri
tatem vʒ deũ eſſe phy.i. Ariſt.⁊ alij
ꝑuenerunt.vt pʒ in li.8.phy ⁊.12. me
taphiſice.❡Quo p̃ſuppoſito. viden
dum eſt vlterius qũo ad eius cogni
tionem põt ꝑueniri. non ꝙ ſit. Sed
quid ſit. Rõ eſt qꝛ hõ cum multa ap
petat naturalit̃.vʒ.p̃ eſſe. 2° pacẽ.3°
verum cognoſcere.Sed ꝑfecte ſcire
Deo ꝯformari.oẽm penam euitare.
bonũ opari.feliciter viuere. Deum
ſuꝑ oĩa diliger̃.ab hoſte dyabolo eri
pi. ꝑicula euitare. Jn petitis a deo
exaudiri.viuere eterne.exẽplar ꝑfe
ctõis ītueri.Et libertatẽ poſſidere.
vt oñſum ẽ in ſcõa ꝑte primi tracta
tus de mundi ꝯtẽptu in.14.p̃dicatõi
bus.Sed cũ p̃fata non poſſit ꝑfecte
hr̃e ſine deo.hinc eſt ꝙ hõ cupit no
ticiam hr̃e.de deo.ex quo eſt. Quid
ſit.❡Sed nunqd de deo qd ſit ſcire
poſſumꝰ ſine de ꝯditõibus diis hr̃e
noticiaʒ.❡Rñdeo ꝙ noticia quãtũ
ad pñs eſt duplex.ſ.Jntuitiua.⁊ ab
ſtractiua.❡Prima ñ rei pñtis.ſ̃a
eſt rei abſentis.❡Prima noticia
Jntuitiua põt. tripliciter haberi vʒ.
❡Primo in cã vʒ exemplar rẽ con
tinente.Sicut dicimꝰ ꝙ oĩs creatu
ra.eſt in deo.⁊ qcqd eſt in deo ẽ deꝰ
ex.di.8ª primi ſniaꝝ.quare oĩs crea
tura Juxta dcm̃ euãgeliſte. Jo.c.p̃

Jn ipſo deo eſt vita.quare ꝑfectiꝰ in
deo relucet ⁊ eſt. qꝛ deus:ꝗ̃ in gene
re.⁊ eẽ ꝓprio.qꝛ in eẽ ꝓprio ẽ ſoluʒ
creatura.Qui ergo ĩ arte eterna vi
dit creaturã ītuitiẽ ꝑfectiꝰ videt ꝗ̃
in eẽ ꝓprio.❡Scõo in ſe qñ idẽ eſt
obm qd̃ videt̃.⁊ quo videt̃ loquendo
de obo.⁊ iſte eſſet ꝓprius modus in
tuitiẽ videndi. Sed nõ eſt h in pñti
poſſibilis ſʒ ſolũ in pr̃ia.reſpectu vi
ſionis diue vbi deus eſt obm ꝙ vide
tur ⁊ lumen quo videt̃. Sed in pñti
ſufficit ꝑ iſto ſecũdo mõ ꝙ obm in ſe
videat̃.Et iſto mõ dicimꝰ videre res
nobis pñtes.❡Tertio mõ intuitiẽ
noticie ſed non ſic ꝓprius.vt p̃ceden
tes modi.qñ videt̃ quid in effectu.ſ.
cã:in effectu qui īmediate ꝓcedit ab
ipſa cã.Et iſto mõ diuis videndo effe
ctũ īmediate a cã ꝓgredientẽ. videt̃
cãm. ſicut cũ cernimus fumuʒ vide
mus ignẽ ⁊ ſic de alijs.❡Viſio ab
ſtractiua ẽ.triplex.❡Prima ĩ ſpẽ
ab obo cãta ⁊ derĩuata. ꝙ aliqñ pñs
fuit.Sicut ſi videaʒ pñtialiter ſortẽ
⁊ poſt abſcedat. ⁊ de ipſo recorder
me eum vidiſſe. non poteſt eſſe niſi
aliqua ſpẽs a ſorte eſſet cauſata ⁊
derelicta in mei memoria quam con
ſpiciendo. de ipſo recordoꝛ. h ponit
Ariſtotiles in libro. de memoria ⁊
reminiſcentia.❡Secunda eſt in ſili
tudine nõ ab ipõ derelicta. vt.d. p̃ce
dens.ſed ab aliquo cauſata. ſimilitu
dine ad inuenta.Et ſic in ſacro elogo
de pluribus talis noticia datur vt
patet eccleſiaſti.a capitulo.44. vſq̃
ad finem libri. in quo ipſe ſapiens
comparando ſanctos ⁊ ſimulando di
uerſis rebus. dat de ipſis noticiam
talem abſtractiuam vt patet de he
lya. quem a ſimilat facule ardenti.
De ſymone onie queʒ comparat ſtel
le matutine ⁊ ſic de alijs.Et Dauid

2ᵃ.Re.23.cõparatꝰ luci aurore ⁊ ſic de
aliȷs. ¶ Tertio mõ datꝰ noticia ab
ſtractiua de quibuſdam teſtimonio.
vz aliorum.Et h̃ põt eſſe.vel qꝛ vide
runt vel qꝛ a videntibus audierunt.
Et h̃ mõ libri yſtoriales dãt de mul
tis noticiam talem abſtractiuã reci
tãdo facta aliorũ.Et iſto mõ ſcriptu
ra ſacra ſic facit vt pz in libris yſto
rialibus de principio mundi. De pa
radiſo.De adaz ⁊ eua. De Noe ⁊ fi
liȷs ⁊ ſic de aliȷs vt pz in liᵒ.gñ. De
exitu filiorum iſrael de egipto ⁊c̃.in
liᵒ.exodi ⁊ ſic de aliȷs. Sic croniſte
in ſuis fecerunt libris. de diuerſis
loquendo ⁊ referendo. ¶ Ad ꝓpoſi
tum veniendo Quod de deo noticia
poſſit hr̃i.põt intelligi.dictis oĩbus
modis.vz Intuitiue.⁊ abſtractiue.Et
per ſingula membra diſcurendo eſt
notandũ.¶ Primo ꝙ de deo primo
mõ noticie intuitiue. talis intuitiua
noticia. nõ põt hr̃i.Rõ qꝛ eſt cogni
tio cãe ꝯtinentis rẽ. Et qꝛ deus non
hz cãm priorẽ in qua cãliter ꝯtinea
tur.qꝛ nihil eſt prius ipſo nec cauſa
ri põt ab aliquo cum ſit cã in cauſa
ta oĩum aliorum quare dicto primo
mõ de ipſo noticia intuitiua talis nul
lo mõ põt hr̃i ¶ De ſᵒ mõ noticie
intuitiue ꝙ de deo poſſit hr̃i noticia
intuitiua vt ipſe ſit quod videtꝰ obm
⁊ quo videatur. Et loquamur ex pu
ris naturalibus tenendũ ẽ ꝙ ſic nul
lo mõ de deo hẽtur noticia qꝛ vt di
cit apl's.i.thy.6. Deus lucẽ habitat
in acceſſibilem quẽ nullus hoĩum vi
dit nec videre põt.Et Jo.i. Deũ ne
mo vidit vnq̃. ¶ Sed ſi loquamur.
de ſua gr̃a ſic eſt ꝯcedendum ꝙ deꝰ
pluribus ſui noticiam cõmunicauit.
vz.Moyſi numeri.12. aie yeſu cui cõ
iuncta ẽ diuitas. yſ.c.6. vt dicit glo.
ibidez paulo in raptu.vt dicit Augu
ſtinus in pluribꝰ locis ⁊ hr̃.2. cor.12.
Beato Stephano actuũ.7. ¶ Bẽo
Benedicto vt ponit expreſſe Beatꝰ
Gregorius.2.dyalogorum.Et Bea
te Marie vt pie creditur precipue
verbo in eius vtero cõmorãte.Et ſic
de aliȷs. Quod non eſt factuz ex na
turalibus.Sed ſola gr̃a ⁊ liberalita
te diuina.¶ De tertio mõ eſt conce
dendum ꝙ deus ſic videtur qꝛ ſunt
quidam effectus q nullo mõ poſſunt
creature ꝯuenire nec cõpetere. Sic
eſt ſecundum oẽs doctores creatio.
Juſtificatio.⁊ miraculorum oꝑatio.
qñ ergo talia fiunt cernendo tales
effectus hõ p̃t dici videre deum. qꝛ
videt in mediate effectum ꝓdictum
a deo. Et ſic pz qñō intuitiue deꝰ p̃t
videri ⁊ qũo ñ.¶ Sed de noticia ab
ſtractiua põt deus videri.h̃ ẽ aduer
tendum.ꝙ. ¶ Primo modo.vz per
ſpẽm derelictaz a deo obiectiue cãtã
deꝰ non p̃t videri. Rõ. qꝛ t'ls obiec
tiuus ꝯcurſus cũ ſit mere natural' ⁊
nõ lib.deus ageret ad extra natura
liter ⁊ ſic neceſſario ⁊ non libere cu
ius oppoſitum oẽs doctores accla
mant.Eſſet ẽt talis ſpecies cãta. in
genere accidentis.Et infinita qꝛ ab
obo naturaliter cãta ſm vltimũ ſui
poſſe.quare talis noticia nõ eſt poſſi
bilis. ¶ De ſcõo mõ noticie abſtra
ctiue in ſimilitudine. p̃t concedi vno
mõ.vz.in proprie ⁊ non proprie.Rõ
qꝛ quicquid ꝓprie tribuitꝰ creature
põt a deo eo mõ quo attribuitꝰ crea
ture ab ipſo deo negari.qꝛ deus nul
lo mõ ꝓprie põt creatura dici.¶ Sz
iproprie. loquendo ſic põt ꝯcedi.vñ
iſto mõ dici p̃t deus pr̃ familias ſicut
dr̃ vitis ⁊ ſic de aliȷs.¶ Deo etiam
attribuitꝰ que de hoĩe dñr vt ꝙ hẽt
oc'los.nares.Capillos ⁊c̃. vt de ipis
dicetꝰ infra i aliȷs p̃dicatõibꝰ.¶ Eſt

vex ꝙ deus v̄bū ꝑ aſſumptionē hu
mane nature ſic eſt hō verus.Sic q̄
dn̄r ō hoīe. Sic ⁊ vere de deo ꝑ cōi
catiōē ydiomatū.Sed de iſto mō nō
loquoꝛ ꝓ pn̄ti.Sed ſolū de dia natu
tura.ob oī creatura ſeperata . Et ꝑ
viā iſtā ſimilitudīs ⁊ i ꝓprietatis co
nati ſunt multi daꝛ noticiā ꝑ creatu
ras de ipſo deo . Inquātū oēs crea
ture ſunt quoddā veſtigium dei. ⁊ q̄
dam ſunt ⁊ veſtigium ⁊ imagines ſic
aīa ⁊ angl̄s de q̄bus ꝓ pn̄ti nō eſt di
cēdum.❡De tertio mō. vȝ.teſtimo
nio alioꝝ.Sic ō deo data ē m̄ltiplex
noticia pr̄ib⁹ veteris teſti a ꝓphys.
Ap̄l̄is ⁊ aliȷs ſcīs hoīb⁹ vt poſt prā
diū.dicet Sic g° pȝ qūo ⁊ q̄lis not^a
pōt haberi de deo mūdo archetypo
❡Et qꝛ ꝓpria noticia ē 2° mō noti^e
intuitiue ⁊ ꝓſuppoſito ꝙ ꝯceſſa ſit
aliq̄bus vt dcm̄ ē. ⁊ nō ex naturalib⁹
ſȝ dei gr̄a pōt q̄ri ꝑ ſi cuilȝ tal' viſio
pōt dari. ❡ Rn̄dit ꝙ qō pōt dupli
citer itelligi.vȝ ꝙ viſio dia cōicetur
cuilȝ hoī in via exn̄ti.ſic ꝙ deus ocl'o
⁊ viſione corporali videat ⁊ h' i refra
grabiliter eſt tenendū ꝙ ipoſſibile
eſt deū ȷtali mō videri nude ⁊ a ꝑte
tā in via q̄ȝ in pria viſione corporali
vt docet Beatus Auguſtinus ad ꝓ
bādū de videndo deū Rō aſſignaꝛ a
xp̄o Jo.4.qꝛ de⁹ ſpūs ē.❡Alio mō
pōt intelligi ꝙ deus ꝯſiderata ſua
oīpotētia ſimili viſione ſicut vident
ſci in patria poſſit cuilȝ hoī viatori
ſiue bono ſiue malo ſiue vtenti ſenſi
bus.ſiue non cōicare. Et dr̄ ꝙ ſic qꝛ
de⁹ oīpotens eſt.Et non iplicat ꝯdi
ctionē qꝛ oīa q̄ voluit ⁊ volet fecit
⁊ faciet in celo ⁊ in terra . Ita tn̄ ꝙ
itelligaꝛ ſēꝑ de uiſione itellectuali
⁊ non corpali.❡Attn̄ ſi dei potētia
penſata ꝯſiderata tn̄ ꝯgruētia ⁊ exi
gentia tante viſionis.oȝ ꝙ dcā viſio.
detur non vtenti ſenſibus.Nō malo
ſȝ bono.⁊ purgatiſſimo.i. elleuatiſſi
mo tam a ſenſu q̄ȝ terrenis oībus.
Rō huius eſt. ❡ Conſiderata ſubli
mitate obi.ſ.dei ꝙ eſt ſupꝛa oīa. Et
iō dicit Beatus Gregorius 2° dya
logorum ꝙ mens non ſolū ſuꝑ oīa
eleuatur. ſed ēt ſit ſupꝛa ſe ipſam.
❡Et Beatus Auguſtinus.4.de tri
nitate.c.15.dicit.Cū aliquid eternuȝ
capimus iā non in hoc mundo ſum⁹.
❡Penſata ēt difficultate actus.qꝛ
cū talis actus ſit arduiſſimus exce
dens totā intellect⁹ creati faculta
tem oȝ ꝙ omnia relinquat ſi copulari
vult ſūmo obo.Et iō.d.dyoniſius de
miſtica theologia ad tymoteū Sen
ſum ⁊ imaginationē relinque.cuȝ ad
miſtica ⁊ diuina ꝯſcenderis . ❡ Hoc
idem patet experientia qꝛ hoīes ta
les qui ad diuina videnda ⁊ cōtēplan
da eleuanꝛ .⁊ rapiuntur a ſenſibus.
vt i ſenſibiles indicētur ⁊ a terra ēt
corpoꝛe ſubleuantur. ſicut patuit in
ſcō.fratre egidio.Beati franciſci ſo
cio.In Beato pr̄e franciſco. dn̄ico.
fratre Bernardo. ⁊ ſic de aliȷs.vn̄.
d.Beatus Gregorius.4. moꝝ.c.19.
ſuꝑ illō.Job.5.Qui furtiue auris mea
ſuſcepit venas ſuſurrij eius Niſi.n.
mens ab exterioꝛibus abſcondatur.
intima non penetrat.Nā ſubtracta
auiſibilibus inuiſibilia conſpicit.Et
repleta inuiſibilib⁹ . viſibilia ꝑfecte
cognoſcit.Et ſic eſſe patuit in Adam
qui vidit deum . vt dicit Magiſter.
4.di.1.Sed non niſi in ſomp̄nis. Pa
tet In Jacob qui vidit deum ſcha
le innixum.geneſis vigeſſimooctauo
Sed hic dormiendo.❡Et ſi dicatur
Jacob.d.gn̄ſis.trigeſſioſcd̄o vidi do
minum facie ad faciem.⁊ ſalua facta
eſt anima mea .Rn̄detur quod non
vidit dominuȝ in ſua natura . ſed in

ſubiecta creatura.vz in angelo.qꝫ vi
gilando potuit videre.⁊ ſic ð quibuſ
dam alijs quibus locutus eſt deus.
❡Secundo poteſt queri ſi ꝑ aliquē
⁊ per quē venit homo ad dei noticiā
⁊ congnitionem.Reſpondeo ꝙ ꝑ do
mi nū noſtrū yhm xp̄z qui eſt deus ⁊
homo.Et qui dicit nemo venit ad pa
trem.i.noticiam niſi per me.Ip̄e eſt
hoſtium per quod quis introierit pa
ſcua videbit anime ⁊ corporis.in xp̄o
eſſe.Et ideo ip̄e.d.Mat.11.Cõfiteor
tibi pater.⁊ ſequitur Nemo nouit fi
lium niſi pater nec patrē quis nouit
niſi filius ⁊ cui voluerit filius reuela
re.Et Jo.16.d.palam anūciabo ð pa
tre meo non in ꝓuerbijs.Et.1.Jo.3.
d.videbimus eum ſicuti eſt.chriſtꝰ fa
ciendo opa diuina.Docendo diuina.
⁊ Jo.in ſuo pectore faciendo dormire
Et paulum rapiendo ad tertiū celū
Et ſe palam ſtephão oſtendendo ſede
re ad dexteram dei patris.Et que di
xit apoſtolis in ſermone facto poſt ce
nam que ſunt dei reſeruauit.Et ð di
uinis noticiam poſſibilem viatoribꝰ
tradidit.Et magnalia dei nobis pate
faceret.Ipſe qui ſapientia a deo ē ſe
vmbrauit carne noſtre mortalitatis.
Et cum in ipſo ĩhabitet omnis pleni
tudo diuĩtatis.Et in ip̄o habitēt om
nes thẽauri ſapientie ⁊ ſciētie dei.col
lo.primo.hinc eſt ꝙ de ſe ipſo ðo dat
⁊ dedit noticiam ſuis fidelibus.h̄ eſt
hoſtium apertum in celo apoc̄.ꝑ qð.
Jo.intrando vidit diuina.que ipſe po
ſtea eructauit.d.In principio erat v̄
bum ⁊c̄.❡Ad montem ergo domini
in quo placuit deo habitare.ſ.chriſtū
aſcendamus:⁊ ipſe docebit nos vias
ſuas ſcribitur yſ.2.Euangeliū ꝙ ha
buit ⁊ predicauit paulus vt ip̄e dicit
gal'.1.Non ab homine neqꝫ ꝑ homi
nem accepit.Sed per reuelationem
yeſu chriſti.Sic Jo.euangelium ſuū
Sic ⁊ apocalipſim vt ipſe dicit apoc̄.
prio.a chriſto habuit.❡Tertio que
ri poteſt ſi iſta noticia ē ſuper omnia
apretiāda.Rñdeo ꝙ ſic.qꝛ de deo q̄
nihil eſt nobilius.In ſuper ipſa men
tis conſolatiua petrus videndo glo
riam tranſformati clamat vt ebrius
bonum eſt noſ hic eſſe Mat.17.Quā
to magis enim chriſtus prebet ſuam
noticiam ⁊ patris intuitiuā ꝓ que il
lo tempore quo cõicatur homo ē bea
tus.⁊ ſic ſumme conſolatus.Quare
homo debet cum moyſe ipſam a deo
petere ⁊ optare exodi.33.Ratio qa
eſt omne bonum vt dicitur ſibi a dño
Quam habendo deguſtat quam ſua
uis eſt dominus.vt dicit p̄s.Si ꝓmiſ
ſione huius beatifice viſionis ⁊ noti
cie.Noe centum annis laborauit im
perficiendo mandatum domini de ar
ca.❡Habraam ciuitatem domum.
poſſeſſiones dimiſit.⁊ parentes.Apo
ſtoli omnia relinquerunt.Barth̄s ſe
permiſit decoriari.Stephanus lapi
dari.Laurentius craticulari.Petrꝰ
⁊ Andreas crucifigi.Sancti mēbris
deturpari.⁊ omnibus tormentis at
tractari.quanto magis illa viſione
⁊ noticia habita nude ⁊ clare qua om
ne bonum oſtenditur habetur ⁊ poſ
ſidetur.certe multo magis.quare hāc
petamus a domino.d.cum p̄s.Oſten
de faciem tuam ⁊ ſalui erimus.Et h̄
tria nobis oñdit apoſtolus in epiſto
la hodierna.In qua oñdit ꝙ diuina
noticia hēat.❡Primo totus hō ve
tus eſt purgādus ⁊ euacuādus.d.ex
purgate vetus fermentum.i.veterē
hominem cuz actibus ⁊ peccatis ⁊c̄.
ſitis azimi.❡Secūdo ꝓ iſta noticia
habenda chriſtus eſt rogādus ⁊ imi
tādus vt ipſe qui hoc paſcate ymmo
latus ē ꝓ peccatis noſtris deo patri

ipſius patris noticiaʒ nobis ꝯcedat.
¶Tertio per meditationem in pñti tal'noticia vt cibus eſt cuſtandus .vt tali epulatiõe animemus ad bonum ideo dicit ꝙ epulemur in domino .ſic tamen vt cuſtodiamus nos ſemper a peccatis ꝛ ſim⁹ in azimis ſinceritatis ꝛ ornemus nos virtutibus chriſti veritatis Amen.

¶Dñica reſurrectionis ſer.de euangelio.54.de cognitione dei.

m Aria magdalene . ꝛ Maria Jacobi ꝛ ſalome ꝛc̃. Mar. 16.Dictũ eſt de mane ꝙ de deo noticia põt hẽri.q² Intuitiua.2. ꝛ abſtractiua.ſo modo ꝛ tertio.vidẽdum eſt nunc.ſi homo poteſt ſcire qd eſt deus.vbi eſt ſciendum ꝙ quid querit de qdditate ꝛ eſſentia rei.qua ſo exprimunt.vʒ.genus ꝙ dicit intrinſicum rei.Et differentia per quaʒ ſeparatur tale ab omni eo ꝙ non eſt ipm ſicut patet de diffinitione hominis. q̃ dicit qd eſt hõ.hõ ẽ aĩal rõale motale .aĩal eſt Genus ꝛ dicit intrinſecũ eſſe hominis.rõale ꝛ mortale:ꝛ ſi rõale dicat intrinſecuʒ hominis.ponitur tamen vt per ipſum homo differat ab omni eo ꝙ non eſt ipſuʒ:Et ſic quid dicit diffinitionẽ.Et diffinitõ ponit aliqd affirmatiuũ in genere ꝛ qd negatiuũ in dfia.ad ꝓpoſitũ de deo ſi q̃raẗ.ſi de eo põt ſciri quid eſt.i .diffinitõem ipſius hr̃e. ¶Reſpondeẗ ꝙ nõ.Rõ q² cũ oñdit ſupremũ oĩum entiũ nullũ hʒ prius ꝛ ꝑ cõſequens nõ hʒ genus qr̃ de ipſo nulla põt hr̃i vera diffinitio . ſed ſola deſcriptõ.q̃ ex quibuſdã cõſtat ꝓprijs deo ꝛ non alteri attributis.Et ſic accipiẽdo.ml'ti de deo pl'a dixerunt.Et q² in euangelio hodierno vt pʒ intuẽti ſit mentio.de natura humana in tribus mulieribus.ſ.Maria Magdalena .Maria Jacobi.Et Maria ſalome.ꝛ i petro.De natura Angelica in Juuene q appuit intra ſepulchrũ xp̃i ſedens Ac ſit mentio de natura diuina ꝛ humana in xp̃o q̃ſito ꝛ reſuſcitato hinc eſt ꝙ de deo põt interrogari hõ.2°. Angelus quid ſit deus.Et tertio ip̃omet deus.Et ſic fiet in preſenti p̃dicatione.ꝙ primo ſcietur ab homine. tanquã a minori qd eſt de⁹.ſo ab angelo.3.a maximo oĩum.ſ.ipſo deo qd ipſe ſit.¶A primo ergo.ſ.homine ĩcipiendo q² quadruplex eſt hoĩum genus.vʒ Scientium ꝛ pbꝫorũ ſignatorum in Maria Magdalena .que ĩterp̃taẗ Illuminata.quo ad mariam Et p̃munita quo ad Magdalenã.
¶Scðm gen⁹ ẽ hoĩum dyabolũ ſuppeditantiũ.ſ.ſanctoꝝ doctoꝝ ſignatorũ.in Maria Jacobi que iterp̃taẗ. quo ad Jacobũ ſupplantãs 'eſtinãtẽ ſ.dyabolũ qui tãq̃ leo rugẽs circuit ꝛ feſtinat deuorare nos .i. petri. 5.
¶Tertiũ genus eſt ſanctoꝝ patruʒ ꝛ ꝓphãrũ veteris teſti ſignatorum ĩ ſalome maria que pacifica interp̃tatur.¶Quartum genus eſt ſanctoꝝ apoſtolorum ſignatoruʒ in petro.Et ſic eſſet querendum a quolibet genere predictorum de deo.veruʒ ſi creatura diuina reuelatione aliqd de do ꝯgnoſcat pfectiſſime tñ ſibi ipi ẽ notus iõ ab ipſo eſt querẽdũ ꝛ petẽdũ. Quid eſt.Et vt ordo in querendo ſit iuxta veritates ſpũalr̃ contentas in euangelo hodierno.ab ip̃o deo petẽdũ eſt qd ſit.Et iõ ſi queratur a deo.
¶P̃rio ſi ẽ oĩum factor ꝛ motor ꝛ ſpecialr̃ ad bñ opandũ.Et qd ẽ.Quo ad h Rñdit.Ego ſũ de⁹ oĩpotẽs gñ. 17.Et ſic dicit pria ꝯcluſio euangelij. ꝙ ipſe mouit.3.Marias vt emeret

aromata ⁊ venirent vngere yeſum.
¶ Secũdo ſi queraẜ a deo ſic ẽ men
tiũ eleuator ad ſua ſecreta audiẽda
⁊ cõſideranda ⁊ quid ſit ad h Rñdit.
Ego ſum de⁹ docens te vtilia yſ.48.
Et ſic eſſe oñdit ẜa cõcluſio euãgelij
d.ꝙ deus mouit magdalenã.Sed ad
qd hẜ luce.7.vt audiret verbũ illius.
Et ſepties oĩ die ſubleuareẜ ꝑ trigi
ta annos ab ipo ad deũ cõtemplãdũ
¶ Tertio ſi queraẜ ſi ẽ ipſe victoriã
dãs hoibus ⁊ in bello corpali ⁊ ſpiri
tuali.Et qd ſit ad h Rñdit illud gñ.
46.Ego ſum deus fortiſſimus pr̃is
tui quo oĩs victoria.hẜ vt pꝫ in li.Jo
ſue regũ ⁊ in alijs libriſ.Et ſic eẽ pꝫ
in Maria Jacobi ſupplantatoris q̃
mouit de⁹ vt dicit euãgeliũ.¶ Quar
to ſi queraẜ.Si pacẽ dat ⁊ quietem.
Et qd ſit quo ad h Rñdit.illð.i. paẜ.
22.pacẽ ⁊ ocium dabo ego deus tunc
cunctis diebus.Et ſic eſſe quarta cõ
cluſio ponit ſancti euangelij que di
cit ꝙ Maria ſolome pacem faciens
venit ad yhu corpus vngendum.
¶ Quĩto ſi eſt clemẽs ⁊ miſericors
⁊ queraẜ quid ſit Rñdit.d. Miſere
bor cui voluero ⁊ clemens ero i quẽ
mihi placuerit exodi.33.Et h oſtẽdit
quinta.cõcluſio euãgelij.d.ꝙ deus i
citauit dictas Marias vt venirent ⁊
hanc miam facerent vt vngerẽt cor
pus yeſu.¶ Sexto ſi queraẜ ſi ipſe
mentẽ noſtrã ĩcitat ⁊ ordinat vt ſua
precepta debite ſeruemus.Et ð hoc
queratur ab eo qd ſit Rñdit. Quod
ipſe eſt mandator.exodi.20.Ego ſum
deus tuus faciẽs miſericordiã i mi
lia hijs qui diligũt me ⁊ cuſtodiunt
p̃cepta mea.Et yſ.64.Ego q loquor
iuſticiã ⁊ ꝓpugnator ſuꝫ ad ſalutem
Et ſic eẽ oñdit.6.ꝯcluſio euãgelij.d.
Quod valde mãe.ſ.ſurgũt dia ordia
tõe.ad opandũ iuſticiã tuã domine.

¶ Septio ſi q̃raẜ ſi ipſe ẽ trãquilla
tor mentiũ a mundi ꝑ turbationibuſ
⁊ tẽptatõib⁹.Et q̃raẜ ab eo qſit.Rñ
dit ꝙ ſic.E⁹ dñs faciẽs pacẽ ⁊ creãs
mal^m.yſ.45.Ipſe.n.vt dic̃ 7ª ꝯcluſio
ꝑduc̃ ad die ſbbor.i.regẽ ⁊ pacẽ a p̃
ſatis.¶ Octauo .ſi ẽ. exaltator hũi
liũ.Et ðh q̃raẜ ab eo quid ſit.Rñdit
ꝙ ſic.Ego inqt glorioſos terẜ hũilia
bo.yſ.45.Et h oñdit.8.9ª.euãgelij.d.
ꝙ dñs icitat Marias vt veniant ad
monumentũ.i.ad hũilitatẽ mortis ꝯ
ſideratõe.¶ Nono ſi queraẜ a deo ſi
ẽ mentiũ illuminator ⁊ de hoc q̃raẜ
quid ſit Rñdit.d.Jo.8.Ego ſum lux
mũdi ⁊c.Et hoc oñdit.9ª.9ᵒ.ſãcti euã
gelij.d.ꝙ veniunt ad monumẽtuꝫ or
to iã ſole.ſ.in mẽtibus ipſaꝝ. ¶ De
cimo ſi facit ꝙ hõ ſeipſũ cognoſcat
⁊ de h queratur quid ſit Rñdit.Qð
ſic qꝛ ego inqt ſum iudex ⁊ teſtis Je
re.29.Et ſic eſſe xª.cõcluſio dicit euã
gelij.Qð ipe eſt qui reuoluit lapidẽ
ſ.duriciam a corde vt hõ ſe agnoſcat
¶ Undecimo ſi cõiũgit ſibi ſanctos
⁊ a ſe ipſos ſepari nõ ꝑmittit.Et de
h queraẜ quid ſit.Rñdit ꝙ ipſe ẽ rõ
inqt.Ego diligẽtes me diligo ꝓuer.
8.Et ſic eẽ oñdit.ii.cõcluſio iſti⁹ euã
gelij.d.ꝙ ab hoſtio.ſ.xᵒ.qui ẽ hoſtiũ
Jo.10.non ꝑmittit ſic operanti
¶ Duodecio ſi nobis iſpirat vt ter
rena cõtẽpnamus ⁊ de hoc quid ſit
q̃raẜ.Rñdit ꝙ ſic Jo.7.Ego teſti^m
ꝑhibeo de mũdo qꝛ opa ei⁹ mala ſẜ.
Et ſic eſſe oñdit.12ª.ꝯcluſio hui⁹ euã
gelij.qꝛ ꝑ x^m deũ lapidẽ.i.ſtatũ ⁊ ap
petitũ mũdanoꝝ repiũt in ſe ipſis re
uolutũ.i.a p̃ſtio amore totalit̃ ſepa
tũ.¶ Tertiodecimo ſi magna facit ⁊
de h petaẜ a deo qd ſit Rñdit ꝙ ſic
qꝛ ego dñs ⁊ nõ ẽ ali⁹ preter me for
mãs lucẽ ⁊ creans tenebras.Ego do
minus faciens h oĩa.Ego feci terraꝫ

⁊c̃.yſ.45.Et h̄ oñdit.13ª.cõcluſio. hu
ius euãgelij ꝙ virtute dia lapis ma
gnꝰ reuolutus ẽ. ¶ Quartodecimo
ſi eſt reſerator abditoꝝ.⁊ de h̄ peta
tur quid ſit Rñdit ꝙ ſic.Ego dñs lo
quens iuſticiã ⁊ ãnũciãs recta.Et ar
chana ſecretoꝝ.yſ.45.Et h̄ oñdit.14ª
ꝯcluſio huius euãgelij.d.ꝙ facit vt
marie intrãt ĩ mõumẽtũ.i. ĩtelligãt
oculta ſue ſapᶜ.¶ Quintodecimo. ſi
eſt ꝯdonator gratiaꝝ ⁊ q̃rat quid ſit
Reſpõdit ꝙ ſic leuit.20. Ego dñs q
ſanctifico vos.Et ſic eſſe oñdit.15ª.ꝯ
cluſio huius euãgelij q2 ipſe mittit
Juuenẽ.i.gratiã vt hõ ſedeat in dex
tris ⁊c̃.¶ Sextodecimo ſi querat ſi
ẽ Innocentie reſtitutor.⁊ de hoc pe
tatur ab eo quid ſit Rñdit ꝙ ſic ipo
d.yſ.43.Ego ſũ ipſe qui deleo iniqui
tates tuas ꝓpter me ⁊ peccatorum
tuorum non recordabor hoc oſtẽdit.
16ª.ꝯcluſio huius euangelij ꝙ ipſe ẽ
qui nos induit ſtola candida.¶ Deci
moſeptimo, ſi eſt in bono roborator
petat ⁊ quid eſt. Rñdit ꝙ ſic yſ.43.
Noli timere q2 ego redemite.⁊ voca
caui te nomie tuo ⁊ meus es tu. Et
ſic eſſe oñdit.17ª.ꝯcluſio huius euan
gelij.d.Nolite iquit ipſe ad ſuos ex
paueſcere q2 ego dñs ⁊ nõ eſt alter
yſ.45.¶ Decimooctauo ſi fac̃ ꝙ hõ
ĩmittet ſe ⁊ quid ſit petatur. Rñdit
ꝙ ſit Mat.19.veni ſequere me quia
ego ꝓtector tuus ſuꝫ.⁊ merces tua
magnanimis.gñ.14.Et h̄ oñdit.18ª.ꝯ
cluſio huius euãgelij.d.ꝙ facit nos
ſe q̃rẽtes yeſuꝫ nazarenũ.¶ Decio
nono. ſi ẽ trãſformator hoĩs in ſe ⁊
de h̄ q̃rat quid ẽ. Rñdit.ꝙ ſic cãtico
2.dilectus meꝰ mihi,⁊ ego illi. Et.c.
7.Ego dilecto meo ⁊ ad me cõuerſio
eius.Et ſic eſſe oñdit.19. ꝯcluſio euã
gelij.d.ꝙ ipſe facit.ſ.deꝰ yh̄s ꝑ trãſ
formationẽ nazzarenũ crucifixuꝫ.

¶ 20.Si ẽ ĩ bono ꝯformator ⁊ d̃ h̄ q̃
rat qd ſit Rñdit.ꝙ ſic nũeri.35.Ego
dñs q hito itra voſ.Et p̄s.Ego ꝯfir
maui collũnas eiꝰ.Et h̄ oñdit.20ª.ꝯª
ſci uãgelij.d.Q̃ð deꝰ cuiꝫ tali. Ecce
locus in quo põitus ẽ dñs ⁊c̃.¶ Ui
geſimo prio ſi ꝓmptos facit ĩ ſuo ſer
uitio ⁊ expeditos ⁊ qd ſit. Rñdit ꝙ
ſic.Rõ q2 ipſe dicit luce.22.Ego aũt
ſum in medio vr̃i ſicut q miſtrat ⁊ ſic
eẽ oñdit.21.ꝯº hꝰ euãgelij.d. ꝙ ipſe
ſic faciẽs dicit Ite.¶ 22º ſi querat ſi
ẽ cõſolator aflictoꝝ ⁊ qd ſit petatur
Rñdit ꝙ ſic.Rõ q2 ipſe dicit yſ.51.
ego ipſe vos cõſolabor.Et h̄ oſtẽdit.
22ª.ꝯº ſci euãgelij.d.ꝙ dñs miſit di
cere petro ⁊ diſcipul̃ ꝑ ipſoꝝ ꝯſola
tõe ꝙ xp̄s ſurrexit. ¶ Uigeſimoter
tio.ſi ẽ excitator volũtatis hũane ad
ſancte volendũ ⁊ de h̄ qd ſit petatur
Rñdeo ꝙ ſit apoc̃.Ego prinᵐ ⁊ finiſ
Et ſic eẽ oñdit.23.ꝯº hꝰ euãgelij q̃
dicit.ꝙ xp̄s p̄cedit.¶ 24º.ſi fac̃ nos
ad patriam celeſtẽ anelar ⁊ d̃ h̄ qd
ſit petat. Rñdit ꝙ ſic rõ.Jo.6.Ego
ſũ pãis viuꝰ q de celo deſcẽdi ſi qs ꝑ
appetiᵐ mãdacauerit ex h̄ pane viuꝫ
ĩ etnũ.Et h̄ oñdit euãgeliũ.d. ꝙ In
galilea.i.lꝫ ſimꝰ ĩ h̄ mũdo tranſmigra
mur ꝯtiᶜ ꝑ appetitũ ad pr̃iaꝫ celeſtẽ.
¶ Uigeſimoqnto.⁊ vltio ſi eſt vite
eterne largitor ⁊ de h̄ q̃rat quid ſit.
Rñdit.ꝙ ſic.d.ipo.io.14.Ego ſũ via
ỽitas ⁊ vita.Et Jo.10.Ego vitã etnã
do eis.Et ſic eẽ vltia ꝯº hꝰ euãgelij
decl'at.d.Ecce p̄dixi vob.i.ſic ego p̄di
co.Sic ⁊ faciatis q2 ỽitas ſuꝫ.Et ſic
pꝫ p̄dcis ſi deꝰ iterroget qd ſit Rñ
dit ꝙ p̄ſatiſ ꝯdcõibꝰ adornat mlt̃a aª
poſſẽt q̃ri ab ipo d̃o qd ſit.Et q2 ĩ ſe
q̃ntibꝰ erit ſmo d̃ eis ſufficiãt ꝑ p̃ñti
iã dcã.Et ſic pꝫ p̄mꝰ modꝰ hñdi ꝯgni
tõꝫ d̃ d̃o mõ ĩ p̄nº põito.¶ Secũdus
modꝰ ſciẽdi qd ẽ deꝰ ſi de h̄ angelus

interrogetur. pro cuius intellectu eſt aduertendum q oia dicta de deo ꝓlibata cum non ſint dei in ſua natura ſunt dei in ſbcta creatura. vз. vel hoie vel angelo. Et ſic iam dicta cũ non ſint dicta ab hoie ꝑter illa que xps dixit ſunt dicta per angeluз vel ab angelo. attamen quedaз dicta ab angelo in ꝓpria ꝑſona d deo repe riuntur non in ꝑſona nec ex ꝑſona dei. vt pз in locis pluribus ſcripture Si interroget. angl's. Primo quis eſt deus. Rñdet q eſt pr̄ ꝛ filius ꝛ ſps ſcũs. Scdo quid ẽ Rñdet q val de glorioſus. vt pз in yſ.6. Duo ſera phin clamabãt alter ad alterum ſan ctus ſcũs ſcũs. ꝛ ſic.3. ꝑſonas. Dñs deus ſabaoth ꝛ ſic vnitatẽ ipſarum ꝛ ſequit: plena eſt oís terra gl'a ei⁹. Et ſic pandit trinitatem ꝑſonaꝝ cuз vnitate ipſarum ac glorie diuine in menſitatem. Que rñſio de deo expli cat magnalia intellectũ humanum oino excedentia. Et non q̃rendo alia teſtimonia. ſufficiant h pro pn̄ti. Nã teſtimonium ſiue rõ ſiue locutio an geli ad tobiam. ſiue ad paſtores luce 2. ꝛ ſic de alijs obmittaẗ ad pñs. Et veniamus ad hoies. Qui vt dictum eſt ſunt in q̃druplici dr̄ia. Et icipien do ab vltima hoiuз dr̄ia. vз a ſanctis aplis ꝛ euãgeliſtis ſignatis in petro ꝛ diſcipulis. Si queraẗ. Primo a Beato Petro quid ẽ deus. Rñdit q eſt oís gr̄e collatus ꝛ in bono ꝯfir matus. d.1. Petri.5. Deus oís gr̄e ſ. ꝑbitiuns. Ipſe ꝑficiet ꝯfirmabit ſolidabitq₃. Scdo a Johanne euã geliſta. Rñdit.1. Jo.1.d. Deus lux ẽ ꝛ in eo tenebre nõ ſunt. Et Jo. prio In principio erat verbũ ꝛc. Ter tio ſi queraẗ a Paulo aplo. qd ẽ de us. Rñdit eph.4. vnus deus ꝛ pater oium q eſt ſuꝑ oia. ꝛ ꝑ oia. ꝛ in oib⁹ nobis. Et actuũ.17. In do mouemur viuimus ꝛ ſumus. Quarto ſi q̃raẗ a Jacobo miore qd ẽ de⁹ rñdit q de us ẽ reſiſtens ſuperbis hũilib⁹ dãs gr̄am ſuã Jacobi.4. Quito ſi q̃ra tur a Matheo euangeliſta qd ẽ de us. rñdit.c.5. Qd pr̄ celeſtis q ſolem ſuũ oriri facit ſuꝑ bonos ꝛ malos. ꝛ pluit ſuꝑ iuſtos ꝛ ĩ iuſtos ꝛc. Sex to ſi q̃raẗ a Matheo qd ẽ deus. rñ dit q ipſe ẽ pr̄ nr̄ q ẽ in cel' Mat.6. Septimo a luca. quid ẽ de⁹. rñdit c.18. Qui ſolus ẽ bonus. Et q nouit corda nr̄a. c.16. Octauo ab oibus apoſtolis. qd ſit deus rñdit. actuũ.4. Quod ipſe eſt dominus qui fecit ce lum ꝛ terram ꝛ mare ꝛ omnia que in eis ſunt. Et qui miſit filium ſuum yeſum ꝛ per nomen eius fecit ſigna ꝛc. Si q̃raẗ.2⁰ de deo a ſcis hoib⁹ ꝛ ꝓphis veteris teſti ſignatis per Mariã ſalome vere pacificã. Quid ẽ deus rñdet penes gr̄as ꝛ effectus quos de⁹ circa ipos exhibuit. Prio ab adã rñdit q ẽ creator oiuз ꝛ fec̃ eũ ad ymaginẽ ꝛ ſilitudinem ſuã ma ſculũ. ſ. ꝛ feminã. gñ.2. Secũdo ab abel qd eſt de⁹ q eſt bon⁹. reſpicens munera ſibi debite offerrẽtis. gñ.4. Tertio a Chaĩ quid eſt de⁹ reſpõ dit vltor malorum. Inquit. Quid fe ciſti. vox ſãguinis fratris tui clãt ad me de terra maledictus eris ſuper terram que aperuit os ſuuз ꝛ ſuſce pit ſanguinem fratris tui de manu tua ꝛc. Quarto ab Enoch qd es de⁹. rñdit q eſt hois adamator q in ipſo enoch claruit q de⁹ in ſignũ di lectiõis trãſtulit in padyſum. gñ.5⁰. Quito a Noe. qd eſt deus. rñdit q eſt deteſtator vitioꝝ. ꝑpter viciuз luxurie mundum deſtruxit. geñ.7⁰. Sexto ab Habraam quid eſt de⁹. reſpondit. q eſt conſeruator fideliũ

a malo quia ipſum ſeruauit ab igne
caldeorum. Nee.9.Et gñ.17.Ego ſuz
deus oipotens:¶ Septio ab yſaach
quid eſt deus. Reſpondit pioꝝ exau
ditor quia eum exaudiuit deprecãtẽ
ꝓ vxore geñ.25.¶ Octauo a Jacob
quid eſt deus. Reſpondit ꝙ magniſi
cus largitor.gñ.28.qui ſibi locutuſ ẽ
d.Terrã i qua dormis tibi dabo ꝛc.
¶ Nono a Joſeph.quid eſt de⁹. Rñ
dit ꝙ fidelium conſolator. Nam de⁹
fuit cum eo in ſuis tribulationibus.
gñ.38.¶ Decimo a moyſe qd ẽ deuſ
Reſpõdit ꝙ eſt pi⁹ liberator exodi.
3.Ego ſum deus.Et ſequitur audiui
clamorem eorum ⁊ deſcẽdi vt libera
rem eos ꝛc.¶ Undecimo ab Aaron
quid eſt deus Reſpondit.ꝙ eſt mun
di imperator.Cui vt vero deo ⁊ ſoli
eſt ſacrificandum.¶ Duodecio a ba
laam.quid eſt deus. Reſpondit veri
tatis attentor numeri.23. Non ẽ de⁹
vt homo.¶ Tertiodecimo a populo
iſraelitico.quid eſt deus. Reſpondit
mirorum operator quia ipſum ꝑ ma
re eduxit Mãna cibauit ꝛc.legez de
dit cultumqꝫ ſuum demandauit ꝛc.
in libro exodi.¶ Quartodecio a Jo
ſue quid eſt deus Reſpondit prauo
rum proſtrator.31.regez corã eo de⁹
occidit. Joſue.13.¶ Quintodecimo a
Judicibus iſrael quid eſt de⁹. Reſpõ
dent ꝙ eſt a malo ſaluator. Jpos ſal
uauit vt patet Judicum per totum.
¶ Sextodecimo a ſamuele.quid eſt
deus. Reſpondit ꝙ eſt omnium con
gnitor.1.Rx.2.qui eum ꝓphetam inſti
tuit.¶ Septimodecimo a ſaule.qd
eſt deus. Reſpondit ꝙ eſt malorum
deteſtator qui ab eo vt a malo homi
ne receſſit.¶ Octauodecio A dauid
quid eſt deus Reſpondit ꝙ eſt pioꝝ
auxiliator.qui ipſum contra goliat.1.
Rx.17.iuuit ⁊ alios dimicantẽ.¶ No
nodecimo A ſalamone quid eſt deus
Reſpondit ꝙ eſt ſaluificus mũdi gu
bernator.Sibi enim ſapientiã dedit
3.Rx.4.¶ Uigeſimo.a regibus Juda
bonis quid eſt deus . Reſpõdẽt in li
beris.Rx.3.⁊.4.⁊ ſecũdi pal.ꝙ eſt be
nignus miſerator qui eis ſuam miſe
ricordiam impendidit.¶ Uigeſimo
primo.argibus prauis iſrael quid ẽ
deus. Reſpõdẽt ꝙ eſt ydolatrarum
exterminator vt patet.1.3.4.Rx.⁊.2.
pal.¶ Uigeſimoſecũdo ab helya.qd
eſt deus. Reſpõdit ꝙ eſt a preſſuris
ſubleuator ſicut patuit in ipſo. pluri
bus modis.3.Rx.⁊.4. in principio.
¶ Uigeſimotertio.ab helyſeo. quid
eſt deus. Reſpondit ꝓpharum fabri
cator.qui eũ ſpiritu ſuo impleuit. 4.
Rx.2.¶ Uigeſimoquarto.ab yſaia.qd
eſt deus. Reſpondit ꝙ eſt mundi ſal
uator.carnem noſtram aſſumẽdo yſ.
9.⁊.c.52.¶ Uigeſimoquinto a Jere
mia.quid eſt deus. Reſpondit ꝙ eſt
punitor ſcelerum.vt patuit in ieruſa
lez deſtructa ⁊ ſedechia occiſor.
¶ Uigeſimoſexto. Si petat ab eze
chiele quid eſt deus. Reſpondit ꝙ ẽ
mentiũ ſubleuator.ſ.ad celeſtia. q ip
ſum ad ħ eleuat ezech.¶ Uigeſimo
ſeptimo.Si a daniele quid eſt deus.
Reſpondit futurorum enunciator.
Dañ.ſecundo. ¶ Uigeſimooctauo.a
Job.⁊ tobia quid ẽ deus. Reſpõdẽt
ꝙ eſt hominũ cõprobator.ſ.patiẽtia.
¶ Uigeſimonono.a ſãcta Judith qd
ẽ deus. Rñdit ꝙ humiliũ ꝯfortator
c.9.⁊.12.¶ Trigeſſio ab heſter. qd ẽ
de⁹. Rñdit oium moderator q: in di
ctõe ſua ꝯcta ſũt poſita.heſter.13.
¶ Trigeſſioprio.a ſãctis ꝓphis.qd
ẽ deus. Rx.fideliũ iformator. Jpſos
oẽs ſuo ſpũ repleuit vt populũ iſor
marẽt.Trigeſſioſcðo a ſcis Macha
beis.qd ẽ de⁹. Rñt ꝙ ẽ ſue legis de

ſenſator.⁊ emulator. vt pȝ in libris
machabeoꝝ. Sic ergo ſuccinte pȝ ꝑ
pr̄es ⁊ ꝓpꝛ̄etas.qd ē deus.¶ Uiden
dū ē nunc.5. a ſcis doctoribus ſigna
tis per Mariā Jacobi qd eſt deus.
Et ſi petatur.¶ Primo a beato au
guſtino qd ē deꝰ.Rñdit dādo multi
plicē de deo ſdiſtinctis ſuis libris de
ſcriptōem.vii.15.de trinitate .c.4.Di
cit deus ē q ē oīuȝ oīpotētiſſimꝰ.Ju
ſtiſſimꝰ ſpetioſiſſimꝰ.beatiſſimꝰ queȝ
mori corrūpi mutari ē īpoſſibile.

¶ Scdo a bto Gregorio.qd ē deus
Rñdit.5.moꝝ ſuꝑ illud Job.4:Ste
tit qdā cuiꝰ nō agnoſcebā vultuȝ.d.
Deꝰ ē ſba eterne ī cōmutabilitatis.
q̄ ſꝑ vt ē idē ē.vbiq̈ pñs.vbiq̈ iuiſi
bil'.vbiq̈ totꝰ vbiq̈ in cōphēſibilis q
ſine aſpectu cernit.ſine ſono audit
ſine motu ſuſcipit ſine corꝑe tangit
ſiñ loco retinet.Et iſti duo ſufficiant
ꝓ pte doctoꝝ catholicoꝝ . ¶ Sexto
⁊ vltio q̄rēdū ē a pħis ſignatis ꝑ ma
gdalenā q̄ ꝑmūita iterꝑtat.qd ē deꝰ
Et ſuccinte.¶ Prio ab hmete trime
giſto qd ē deꝰ Rñdit deꝰ ē tagatō.i.
oīum creator fons lūis ſeminariuȝ
vite lib.d.6.pricipꝭ18.c.2.¶ Scdo a
platōe qd ē deꝰ.Rñdit vt dic̄ Augꝰ
8.de citate.c.3.Deꝰ ē finis actionū.
cā oīum naturaꝝ lum̄ oīum rōnum.
¶ Tertio.ſi q̄rat ab ariſt.qd ē deus
Rñdit.12.metaphice .c.24.ſm q dic̄
aueronis deꝰ ē nobiliſſimū oīum en
tiū.ita q nihil ſit nobiliꝰ eo.¶ Quar
to a ſeneca.Rñdit ep'la.32.deꝰ ē ma
ximꝰ ſapiētiſſimꝰ oīa portās vel ve
hēs.¶ Quito ab auicena.qd ē deꝰ.
Rñdit.1.metaphice ſue.c.8.Deus ē
pricipiū ī vltimitate glorie oīa ſciēs
oīa potens Dapſil' pax.bōitas pura
ꝑꝑ ſe diligenda ſuauitas vera apud
quē ē v̄a pulcritudo.¶ Sexto a pħo
ſo qd ē deꝰ.Rñdit deꝰ ē īmortal' in
ꝯtēplabil' celſitudo. forma multifor
mis.multiplex ſp̄s.Jncogitabil' iquiſi
tio.Jnſopitꝰ ocl's.oīa ꝯtinēs lux bo
nū.¶ Septio a tulio.qd eſt deꝰ.Rñ
dit de tuſculanis qōnibus.li.2. ⁊ reci
tat Auguꝰ.22.de citate.c.20.Deus ē
mēs ſoluta quedā ⁊ liba. ſecreta ab
oī ꝯcretōe mortali.oīa ſētiēs ⁊ mo
uēs ipaq̈ ꝑdita motu ſēpitno.¶ 8ᵒ
ab apuleo.qd ē deꝰ.Rñdit ī li. d do
ſocratis.d.Deꝰ ē ſba q̄ nō migrat a
priori ſtatu ad rectiorem. ¶ Nono
ab Almuzar . quid eſt deus .reſpon
dit in maioribus introductoriis trac
tatu.i.dr̄ia.3.Deꝰ ē ſēpitnus mouēs
oīa īmobil'.incorruptibil'.Altiſſimus
cuiꝰ nomē ē bñdictū.⁊ exaltatū exal
tatōe maria.¶ Decimo a macrobio
qd ē deꝰ.Rñdit li.i.de ſompno Sci
piōis.d.Deꝰ ē pria cā vnius oīum q̄
ſunt princeps ⁊ origo. ¶ Undecio a
plinio qd ē deꝰ.Rñdit li.21.c.2.de na
turis reꝝ.Deꝰ inqt ē oīum creator.
¶ Duodecimo ab algazele.qd ē deꝰ
Rñdit ſo metaphice ſue.c.12.d.Deꝰ
ē pricipiū q oīnō ē vnū cuiꝰ eē ē a
ſeipo origo eſſendi aliud a ſe .Aquo
oīa hñt eſſe ſm ordinē . Deſcriptio
nes datas a vigintiquatuor.pħis di
mitto breuitatis cā.Et pro pn̄ti dcā
ſufficiāt a.12.pħis iā dictis.Sic ergo
pȝ.qd ē deꝰ q ē mūdꝰ archetypꝰ. ve
rū vt dictū ē.Nō ē declarata dei qd
ditas.Sȝ quarūdā oīaꝝ ꝑfectōnū ꝑ
ut ē prinᵐ creature . ⁊ creature cōi
tatarum diſtinctio ⁊ ꝓprietas.vt ſic
ipſe eſt ſuꝑ oīa ꝑfectōe ⁊ eſſe. Sic ⁊
ſuꝑ oēm locutōem qr oīs lingua de
ficit a ſue excellētie ⁊ ꝑfectōis nar
ratōe.q ē bñdictꝰ in ſecula. Amē.

¶ Dñica reſurrectōis pᵒ prādiū ſ.
de euangelio de cognitione dei.

M Aria Magdalene. Maria
Jacobi ⁊ salome emerūt aro
mata ⁊c̄. Marci .16. Quia
p̄dicatō p̄cedēs nimis ē ꝓfunda nec
a quolibet p̄dicatore pceptibil'. Sic
nec a populo intelligibilis. Jō. aliam
facio vt sit ⁊ populo ⁊ predicatori in
telligibilis. Et ꝓ ītroductione sancti
euangelij ꝙ loqꝛ de christi resurrec
tiōe hodierna die scā ⁊ ꝓ maᵉ. trac
tatu de mūdo archetypo. ſ. deo ⁊ mā
īcepta de ꝯgnitōe dei. viſo q̄ noticia
pōt hēri ð eē dei vidēdū ē. nūc qd ē
de⁹. Nō ītelligendo ꝑ qd diffinitōeꝫ
dei q̄ nulla ē ⁊ ꝑ ꝯñs. ñ pōt hri. Sꝫ
ītelligēdo. ꝑ qd q̄dā deſcriptōꝫ q̄ ex
plicat dias ꝓprietates. Et ſic intelli
gendo. Ad q̄ſitū Rñdeo qd ē de⁹. ꝙ
ē oīpotēs. Iſta Rñſio pꝫ. ¶ Prio
qꝛ ē articul⁹ nr̄e fidei prim⁹. ſ. credo
ī deū p̄rēꝫ oīpotētē ⁊c. ¶ Scdo pꝫ.
gñ. 17. Ego ſum de⁹ oīpotēs. ¶ Pꝫ
3º. h ꝑ pħos ſupranoīatos. vꝫ ꝑ hme
tē platōem ⁊ ſic de alijs q̄ dñt deuꝫ
oīum creatorē ⁊ ꝯdictorē. ¶ Pꝫ ēt
h. 4º. qꝛ q̄libet natō. deo oīpotētiā at
tribuit. ⁊ ſi errēt ī diſtictōe deoꝝ mlͭ
ta gens. ī hac attributōe oīpoᵉ. deo
null⁹ errat. ¶ 5º appet. qꝛ oīpotētia
ē ꝑfctō. qꝛ ſūmo ꝑfecto dꝫ attribui.
Quo viſo. Si q̄rat. In quo dei oīpoᵃ
declarat. ⁊ orit in quatuor pricipalr
¶ Prio in mūdi creatōe oīa ð nihi
lo ad eē ꝓducendo. ¶ 2º ī verbi īcar
natōe vniendo nature die naturā hu
manā. ¶ 3º. in ſacro eucharistie in q̄
fit cōuerſio ſbe total' in ſbam totalē.
4º ī xp̄i reſurrectōe ⁊ miracloꝝ opa
tōe. Et qꝛ ð q̄rto ē ſolū ſermo ꝓ ho
die. h quartū declo vꝫ ꝙ oīpoᵃ dī oñ
dit in mortuoꝝ reſurrectōe. ⁊ multo
forti⁹ xp̄s eā oñdit ſe veracit reſur
gēdo. cū. n. ſnīa oīuꝫ doctoꝝ vnio aīe
ad cor⁹ p⁹ diōeꝫ q̄ fit p⁹ mortē ñ poſ
ſit fieri ꝑ naturā. ⁊ ſi aīa inclinet ad
hoc. ſ. vt corpi ꝯiūgat. Nō ēt ē ad h
ꝙ corp⁹ idē repet pꝫ ꝙ nō a natura
qꝛ illa q̄ fiūt a natā. ñ fiāt ꝑ ꝓpaga
tōeꝫ fiūt mediāte ſemie ꝙ tū ī tali
corpis reparatione fieri non poteſt.
Et ideo. d. Dyoniſius ꝙ reſurrectō ē
ſupra naturā. ¶ In ſup ꝙ hō reſur
gat idē nūero eſt miraculoſe. Sꝫ mi
racula ſol⁹ de⁹ facit h. ꝙ dicit hmes
ð verbo eterno qꝛ ꝓpoſitū. Sic ergo
pꝫ ꝙ ad oīpotētiā dī ꝑtinet reſurre
ctio mortuoꝝ. ¶ Itē nā ī iſtāti ñ pt
corp⁹ repare ⁊ tū in iſtāti erit reſur
rectio vñ ad ſūmū miraculoꝝ reſuſci
tatio mortuorum reputatur a fortō
ri reſurrectio ad que plura requirun
tur. Sic ergo cum deus reſurgere fa
cit. ſuaꝫ omnipotentiā oſtendit. ¶ Et
ſi queratur ſi hanc dei omponitentiā
deus circa aliqueꝫ oſtendertt. Rñde
tur ꝙ ſic quia plures mortuos legi
mus diuina ſuſcitatos virtute ⁊ ſic a
mortuis reſurrixiſſe. Sed ð nullo le
gimus ſic reſurrexiſſe vt de christo
hodierna die reſuſcitato. Ratio ē qꝛ
alij ⁊ ſi reſurrexerunt preterquam
de mortuis qui reſurrexerūt cū chri
ſto omnes tamē iterato mortui ſūt
ſed chriſtus reſurrexit nunquaꝫ am
plius moriturus ſed in eternum vic
turus. ¶ Item chriſt⁹ totus glorio
ſus in corpore ſurrexit ⁊ aīa. In xp̄i
reſurrectione eſt forma. ⁊ exempluꝫ
⁊ cā noſtre future reſurrectionis qꝛ
ſicut ipſe a mortuis reſurrexit ſic ⁊
nos per ipſum in vltima reſurrectio
ne reſurgemus. Et ſic eſſe factū ſcm
euāgeliū dicit. Dic iſtoriā. Qua dcā
ꝓſequendo materiā. vꝫ de oīpoᵃ dei
p̄cipue circa reſurrectōnē xp̄i erunt
aliq̄ vidēda ⁊. ¶ Primū ſi ī xp̄i reſre
ctōe ſīt aliq̄ miracl'a ð dmōſtrata ꝑ
q̄ dei oīpotētia declet. ¶ Secūdū ſi

xpi reſurrectio eſt debite celebrata. ¶ Tertiū ſi fuit ꝟaciter declarata. ¶ Quartū ſi reſurrectio fideliuꝫ ⁊ corporalis ⁊ ſpūalis, ē xpi reſurrectiōe exarata ⁊ reſerata. ¶ Primū oñdit euāgeliū ꝙ ſic.d. ꝙ Marie viderunt ſepulchꝛū aptū ⁊c. ¶ Scōm cum angelus dixit eis. Nolite expaueſcere. ¶ Tertiū cū dicit ꝙ yeſus quem querabāt ſurrexit. ⁊ nō ē hic. ¶ Quartū cū dicit. Ite dicite diſcipulis ⁊c. ¶ Dico pꝛio ꝙ videndū ē ſi circa reſurrectionē xpi ſūt aliqua miracula demonſtrata. vt oñdat ꝙ ipſa r̄ſurrectio xpi ſit dei oīpotētia patrata. Et dicit euangeliū ꝙ ſic qꝛ ſepulchꝛuꝫ clauſuꝫ. viderunt marie apertū ⁊c. Et p iſtius ꝑticule euidētia. eſt notanduꝫ ꝙ xpo reſurgente ſt̄ multa miracula demōſtrata. Et pͦ circa eius ſepulchꝛū. ſcōo circa ipſiꝰ ſacrū corpus. ¶ Quo ad ſepulchꝛū. pꝛio eſt oñſuꝫ. ¶ Primū miraculū fuit terremotꝰ. de quo dicit Jeronymus q non fuit moꝛe ſcūs alioꝝ. Sꝫ ita magnus ꝙ cōcuteret oīa. ⁊ euerſiōe terre miraret̄. ¶ Scōm ꝙ clauſo ſepulchꝛo. ⁊ ſigillato ꝑmanente. xps reſurrexit. Sed poſt ꝑ āglin ad oñdendū xpm vere reſurrexiſſe fuit aptū. ¶ 3m āgloꝝ in ſepulchꝛo appitio. q̄tuoꝛ eni appuert̄ vt hr̄ Mat. 28. Et i Jo.c.20. ¶ Quartū miraculū ē cuſtodum ſepulchꝛi ꝓſtratio. qꝛ ſci ſūt velud moꝛtui. Mat. ¶ Scōo circa corpꝰ ꝟbū fcā ſt̄ alia miracl'a ⁊ ¶ Primū ē coꝛpoꝛis lacerati ex clauis ⁊ vulnerati ſbita reintegratio. ¶ Scōm ē coꝛpoꝛis in triduo ne putreſieret. a coꝛruptione pꝛeſeruatio ¶ Tertiū ꝑ ſcā coꝛpis reoꝛganizatio ſi in aliquo fuiſſet deoꝛganizatū ex eius in cruce ꝯctōe. ¶ Quartum ſbito coꝛpis immoꝛtalitatis ꝯceſſio

ſcm̄ ē ſbito incoꝛruptibile. ¶ Quintū ē ſanguinis a coꝛpoꝛe xpi emiſſi ſbita collectio ⁊ in coꝛpꝰ ēt ſepulcꝛo clauſo reitromiſſio. ¶ Sextū ē coꝛpis ſbito aiatio ⁊ viuificatō. ¶ Septimū ē dotis claritatis ſubtilitatis agilitatis ⁊ impaſſibilitatis coꝛpꝛis decoꝛatio ⁊ ipſius coꝛpoꝛis btificatio. ¶ Octauū ſbita aeris i hoꝛa reſurrectōis clarificatio. ¶ Nonū ſaluatoꝛis a moꝛtuis ſbita r̄ſurrectio. ⁊ coꝛpoꝛis gl̄ificatio ꝙ de nullo alio q reſurrexit legit̄. ¶ Decimū ē coꝛpoꝛis tā magni de ſepulchꝛo clauſo educto. ¶ Undecimū ē multoꝝ ſcōꝝ reſuſcitatio. ⁊ ꝓm Ambꝛoſiū gl̄ificatio ꝑfecta r̄ſurrectōis. Quia ergo h̄ miracula fuerūt ſcā merito arguit̄ ꝙ xpi r̄ſurrectio ē dīa potētia ꝑpetrata. Et hoc oñdit euāglin ꝙ mulieres videt̄ ſepulchꝛū aptū ⁊ lapidē reuolutū ꝑ dcā dans ītelligere oīa iā dcā. ¶ Circa ꝓm vidēdū. vꝫ ſi xpi r̄ſurrectio fuit dbite celebꝛata. vbi ſciēdū ꝙ reſurrectio xpi rōe circonſtantiarū fuit debite celebꝛata. Rō ē qꝛ ipſa. ¶ Pꝛio ſcā ē decent̄ Rō pꝛia qꝛ ſacrā ſcripturā. reſurgendo adimpleuit. pꝛio quo ad verba ps. 15. Nō dabis ſcm̄ tuū videre coꝛrūptiōꝫ ⁊c. Nō derelinqs aīaꝫ meā i iſerno ⁊c. yſa.ca.11. Erit radix yeſſe. ⁊ ſeqt̄. erit ſepulchꝛū eius gl̄ioſuꝫ. Sophonie.3. Expecta me in die r̄ſurrectōis mee dic dn̄s. Iſti.3. teſtes ſufficiant ꝑ pn̄ti. ¶ 2º q̄ ad figuras. ¶ Pꝛia ō ſāpſone q doꝛmiuit vſq ad noctis mediū ⁊c. Judicū.16. ¶ Scōa de Jona q ſtetit tribus diebꝰ in ventre ceti ⁊ 3a die eiectus ē ⁊c. Jōe.1. ⁊ pl'es alie ſunt figꝰ. ¶ Scōa rō qꝛ xps eſt veritas, ⁊ qꝛ p̄dixerat ſe r̄ſurrecturum. Sic fecit. Eſt vita. quare a moꝛtuis reſurrexit. Eſt via. ſ. ad oñdēdū

ꝙ alij debent reſurgere. ¶ Tertia rõ qꝛ iuſticia ſic docebat. qꝛ innocens nõ debebat incinerari. Quia meruit qꝛ ꝛ corporis gl̃ificatõz. Sicut aie btificationẽ. ¶ Quarta rõ vt nr̃a reſurrectio vt dicetur declararetur qꝛ ipſo reſurgente ſpem de reſurgẽdo nobis tribuit. ¶ Quinto vt nr̃a beatificatio ordinaretur aie in diuinitate corporis in corporis xp̄i claritate. ¶ Sexto ne gaudium angeloꝝ in celo deficeret qui xp̄m vt dicit petrus deſiderant ꝑſpicere. Sic ergo decenter predictis fcã eſt. Sed hic ſunt aliqua dubia ꝛ. ¶ Primuz dubium quare per .3. dies diſtulit ꝛ non ſtatim reſurrexit. ¶ Reſpondetur prima cauſa vt ſcriptura vt dictum eſt verificaretur. ¶ Scõa vt dictum xp̄i qui ſic ꝑdixerat verificaretur. ¶ ¶ Tertia vt vere mortuus ꝓbaret. ¶ 4ᵃ vt verꝰ hõ ſua morte fuiſſe declararetur. A ie rões ſunt miſtice ꝛ figuratiue. ¶ Scõm dubiũ quare non expectauit cum alijs reſurgere i generali reſurrectõe. ¶ Rñdetur ꝙ hõ non fecit. ¶ Primo ne ſcriptura mẽtiretur ꝑs. Non dabis ſanctũ tuum videre corruptionẽ. fuiſſet enĩ corruptum corpus. ¶ Scõo ne mendax inueniretur. ꝑdixerat enim ſe 3ᵒ die a mortuis reſurrecturuz. ¶ Tertium dubium eſt de menſe. Rñdet ꝙ martij .ſ. 6ᵒ challendas. De die .ſ. ꝙ dñico vt nũc appellamus. ¶ De hora Gregorius dicit ꝙ media nocte. Auguſtinus .4. de trinitate .ca. 6. ꝙ in aurora. Dicendũ ꝙ Inter mediam noctẽ ꝛ aurorã. ¶ Et q̃ etate dr̃ .33. annoꝝ. qꝛ tanti tp̄is tunc xp̄s erat. ¶ Sic ergo pꝫ ꝙ decẽter chriſtus egit in reſurgendo. ¶ Scõo facta eſt integraliter. qꝛ aĩa cũ corpore fuit plene unita ꝛ ſanguis recollectus poſitus in corpore eſt. Nec credendum eſt ꝙ ſanguis remanſit. Et ſi reperiatur. dicendũ eſt ꝙ ẽ ſanguis imaginuz. De colũpna. dr̃ ꝙ ſt ibi ſanguinis veſtigia ꝛ non ſanguis. ¶ Tertio facta eſt veraciter .ſ. in ꝓpria natura .i. in ꝓprio corpore ꝛ aĩa ¶ Quã ỽitatẽ xp̄s dclauit. ¶ Primo per guſtũ comedendo cũ diſcipl̃. luce .24. Et Jo. 21. Et ſi cibꝰ ille teſte Bt̃o Auguſtino li. 6. qõnũ in vaporẽ ꝯuerteret ſicut aqua reſoluit ꝑ ſol̃ radiũ. ¶ Scõo ꝑ tactũ ſe eis palpabilem prebendo luce .24. Et Jo. 20. Corpꝰ eni btm ſi vult palpari põt. Sic ꝛ videri ſi vult vt dicit Gregorius in moꝝ. exponẽs illud. Rurſus circundabor pelle mea ꝛc. ¶ Tertõ ꝑ viſum oñdendo ſe viſibilẽ. Mat. ꝛ Marci. vltimo luce .24. ꝛ Jo. 20. ¶ 4ᵒ ꝑ auditũ .ſ. ꝑ ãgl̃os q h aſſerũt vt pꝫ Mat. 28. Marci. 16. luce. 24. Jo. 20. ¶ Et iſta oĩa ſimul. ỽaciter chriſtuz ſurrexiſſe declararunt. Et non ſolũ modo prefato. oſtendit ſe veraciter reſurrexiſſe. Sed etiam alijs modis vz diuerſis apparitionibus factis diuerſis perſonis. vz hodie enim .5. vicibus apparuit. ¶ Primo Magdalene. Jo. 20. ꝛ Marci. vltimo. ¶ Secundo alijs marijs ꝛ ſalutauit eas. Mat. vltimo. ¶ Tertio Petro: Mar. 16. ¶ Quarto duobꝰ diſcipul̃ euntibus in emaus luc̃. 24. ¶ Quinto diſcipulis thoma abſente Jo. 20. Alijs diebus apparuit. ¶ Primo diſcipulis thoma exiſtente cum eis. ꝛ contractante chriſtum Jo. 20. ¶ Secundo diſcipulis piſcantibus. Johã. 21. ¶ Tertio in monte tabor. Mat. vltimo. Quarto recumbentibus .ii. diſcipulis. Marci. ſextodecio ¶ Quinto in monte olineti. actuum primo. ꝛ luce. 24. ¶ Apparuit etiam

500. fratribus ſimul ⁊ .i.corrin.iſ.
¶ Apparuit enī Beate Marie ſue
matri.⁊ ſi non ponatur in euangelio
¶ fuit enim verificata ꝑ Angelos.
qui apparuerūt ipſa die reſurrectio
nis.¶ Primo vnus intra ſepulchꝝ
Mat.28.Scdo alius ex̄ ſepulchrum
Mat.28.Duobus alijs.vnus ad pe
des ⁊ alius ad caput.vbi poſituꝫ fue
rat corpus yeſu apparentibus Ma
rie Magdalene.vt hꝫ.Jo.20.Sic er
go veraciter chriſtus ſurrexit ex di
ctis.¶ Secūdo facta eſt feliciter qꝛ
oīs miſeria depoſita.ſ. mortalitate
⁊ alijs nature defectibus qꝛ glorio
ſus reſurrexit. ¶ Quinto viriliter.
Nam aīa a corpore ſeperata deſcen
dit ad lymbum patrum ⁊ omnes in
de extraxit .⁊ de purgatorio ⁊ ſecuꝫ
duxit.Et ipſis pn̄tibus aiam reuniē
do corpori totus glorioſus reſurre
xit. ¶ Sexto facta eſt imortaliter.
qꝛ nunꝙ amplius moriturus. Et iō
primogenitus dr̄ mortuorū.vt docet
apl's alij vero qui ſurrexerunt ante
ipſum mortui. Et ſi cum ipſo de eis.
dubitet. Auguſtinus. Nō tn̄ Ambro
ſius. ¶ Septimo facta eſt potenter
iuxta ps. Quia virtute ꝓpria. Exal
tare dn̄e in virtute tua ⁊c̄. Ipſo.d.
Jo.10.ptātem habeo ponendi aīam
meam.⁊ ptātem habeo iteruꝫ ſumē
di eaꝫ.¶ Octauo fcā eſt mirabiliter
vt dictum eſt. qꝛ multis miraculis
demōſtratis.Sic ergo pꝫ ꝫ quō xp̄i
reſurrectio eſt veraciter declarata
Et iō hīdicebat angel⁹ marijs. No
lite expaueſcere .i. timere qꝛ xp̄i re
ſurrectō eſt veraciter facta ⁊ cōpro
bata.¶ Tertiū ꝙ erat videnduꝫ.ſ.ſi
fuit veraciter declarata.pꝫ ex dictis
ꝙ ſic ꝙ. ¶ Primo ſenſuum viſus.
guſtus, tactus ⁊ auditus . experien
tia declarata.¶ Secūdo teſtimonio
angelorum quatuor . ¶ Tertio.12.
apparitionibus vt dictum eſt facta
Quare bene dicit angelus . Quod
yeſus quem querebant nazernū cru
cifixum ſurrexit .ſ. veraciter . Qua
reſurrectione veraciter facta . Bea
ta Maria.⁊ apoſtoli habuerunt ma
gnum gaudium Magdalena cum
Marijs ⁊ alijs Ipſa etiam chriſti
reſurrectione ⁊ propter alia facta
etiam ſunt gauiſi. Nam chriſtus ap
parendo diſcipulis.⁊ alijs . ¶ Pri
mo pacem nunciauit factam inter
deum ⁊ hominem cuꝫ eos ſalutauit
d.pax vobis.¶ Secundo eos vigora
uit conſternatos.d. luc.⁊ Marci vlti
mo. Nolite timere . ¶ Tertio ſalu
tem eis procuraſſe ſalutando decla
rauit.d. Auete. Mat.vltio.¶ Quar
to lumen dedit ⁊ ſenſum apperuit
vt intelligerent ſcripturas luce vlti
mo.¶ Quinto ſpiritum ſanctum in
eos in ſufflando dedit. Jo.20. ¶ Sex
to familiaritatem eis oſtendit.cōme
dendo ſtando ⁊ ſe contrectanduꝫ exi
bendo.¶ Septimo ſe deum eſſe cuꝫ
eis ſemper declarando.Ecce ego vo
biſcum ſum ⁊c̄. ¶ Octauo omnem
poteſtatem habendo. Mat. vltimo.
Data eſt mihi omnis poteſtas in ce
lo ⁊ in terra.¶ Nono viam perueni
endi ad vitā eternā.ſ.ꝑfidem rectaꝫ
declarauit.vt pꝫ. Mat.⁊ Mar. vlti
mo.¶ Decio fideles oues ſuas pe
tro recōmendauit. Jo.20. Et ſic pre
fatis eos letificauit . Sed precipue
matrem ſuam dulciſſimam.ſe glorio
ſum ei oſtendendo. Captiuitatem.ſ.
totum humanum genus a dyabolo
per ſe erectum demōſtrādo.Et eideꝫ
gratioſe reuerendo ⁊ regratiando.
Et ſic apparet tertium videndum.
¶ Circa quartum videnduꝫ. quomo
do reſurrectio noſtra corporalis⁊

ſpiritualis.eſt reſerata·vbi ſciendū
ꝑ euidentia primi ꝙ reſurrectio no
ſtra corporalis que poſſibilis eſt.
¶ Primo ſacre ſcripture auctorita
te.tam veteris quam noui teſtamẽti
vȝ primo veteris teſtamenti. Job.d.
c.19. In nouiſſimo die de terra ſurre
cturus ſũ.⁊ in carne mea videbo deũ
ſaluatorẽ meũ.Et.c.14.lignũ hȝ ſpẽ
ſi preciſum fuerit rurſuȝ vireſcit ꝛc.
¶ Jſ.26.viuent mortui tui. ¶ Eze
chiel.37.Ecce ego intromittã in uos
ſpiritum ⁊ viuetis ꝛc.Daniel. 12.mľ
ti qui dormiunt in puluere terre eui
gilabunt Jone.terrio ſubleuabit de
corruptione vitam.ſecũdi machabeo
rũ.c.7.Rex mũdi defunctos nos ꝛc.
ſuſcitabit.Et.c.12.Judas machabeꝰ
⁊ ſequitur de reſurrectione cogitãs
ꝛc.¶ Secundo in nouo teſtamento
Mat.27.multa corpora ſanctoruȝ q
dormierant ſurrexerunt ꝛc. Jo.5.ꝓ
cedent qui bona fecerunt in reſurre
ctionem vite ꝛc.Et Jo.11.Scio quia
reſurget in reſurrectione in nouiſſio
die ꝛc.Et.i.corrin.6.Eph.4°. Donec
occurramus omnes in iurᵐ ꝑfectuȝ
ꝛc.Et.i.cor.15.Omnes quidem reſur
gemus ꝛc.Et corruptibile.h induet
in corruptionem.Et phy.tertio. Re
formabit corpꝰ humanitatis noſtre
ꝛc.Et.i.theſ.4.Nolumꝰ vos ignora
re de dormientibus ꝛc.Et actuũ.26.
Quid impoſſibile iudicatur apð vos
ſi deus reſuſcitat mortuos ⁊ plures
alie ſunt autoritates ad propoſituȝ.
¶ Secundo exemplorum varietate
multis exemplis reſurrectio poſſibi
lis ſecundum beatuȝ Gregoriũ mul
tis exemplis relurrectio poſſiſſibiliſ
ſutura probatur.¶ Primum de ſo
le qui cotidie noſtris oculis moritur
⁊ reſurgit.¶ De ſtellis que matuti
nis horis nobis occidunt ⁊ veſpe re
ſurgunt.¶ De arbuſtis que yemali
li tempore nuda fructibus ⁊ folijs
quaſi arida. vernali tempore reuer
tente ſuo decore reueſtiuntur.
¶ De grano cuiuſlibet ſeminis. qð
moritur.⁊ poſt reſurgit.¶ De ani
malibus.videlȝ de fenice que combu
ſta de ſuo puluere reſurgit.¶ Pel
licanus mortuus naſcitur ſed contac
tuȝ aſperſionis ſanguinis paterni re
ſurgit.¶ Leo natus mortuus clamo
re.patris reuiuiſcit poſt tertium di
em. ¶ Et ſi dicatur phyloſophi h
negarent triplici de cauſa.
¶ Prima quia ad hoc rationem nõ
inuenerunt.h non valet quia multa
videmus de quibus rationeȝ aſſigna
re non poſſumus.Sicut ð palea que
maturat poma ⁊ niuem conſeruat ⁊
glatiem.De calce que perfuſa aqua
ferueſcit ⁊ non oleo.¶ De Adaman
te qui trahit ferrum ⁊ ferro non ſci
ditur ſed yrci ſanguine.De fonte fri
gidiſſimo in die vt de ipſo non poſſit
potari.⁊ de nocte calidiſſimo vt tãgi
non poſſit.De albeſton lapið ſemel
accenſo ꝙ nõ poteſt extingui.¶ Se
cunda cauſa quia impoſſibile.reputa
rent corpus poni ſuper celum.Et ꝙ
corpus patiatur in igne nec conſume
tur.Hoc etiam non valet.quo ad pri
mam parteȝ quia maius eſt quod ſpi
ritus ⁊ anima recludatur in terra.
ſ.in corpe ꝙ̃ corpus in celo pꝰ reſur
rectionẽ cuȝ hẽat dotẽ ſubtilitatis
agilitatis claritatis ⁊ ipaſſibilitatis
propter quas dotes nullus eſt ei lo
cus proprius niſi celum empyreum.
Quo ad ſecundam partem ꝙ corpuſ
poſſit eſſe in igne ⁊ non comburi.pa
tet primo de ſalamandra.ſecundo in
mõtibus ethneis qui cõtiᵉ ardẽt ⁊ ñ

conſumuntur. De tribus pueris qui in igne fuerunt ⁊ tamẽ illeſi. dañ. 3°. ℭ Certia rõ quia deus legem nature non mutat. h non valet. Ratio qꝛ põt mutare vt placet. Patet õ ſole quem deus firmauit in medio terre. mandato Joſue. c. 10. ⁊ ſic lunam. Et decem lineis retroceſſit. tempoꝛ ezechie. 4. Re. 20. Sic ergo pꝫ h ſm quod cum pꝛimo oſtendit ꝑpoſitum. vꝫ noſtrã reſurrectionem. Quia cum ipſa ſit poſſibilis. ex pꝛedictis. Et ꝙ chriſtus reſurrexit vt dicit euangelium hodiernum quare ⁊ nos reſurgemuſ hanc conſequentiam facit apoſtolus i. coꝛin. 6. d. Deus vero ⁊ dominum yeſuꝫ ſuſcitauit ⁊ nos ſuſcitabit per virtutem ſuam Et. i. coꝛi. 15. Si aũt reſurrectio moꝛtuoꝛum nõ eſt neqꝫ chriſtus reſurrexit. Et. 2. coꝛ. 4. Sciẽtes qm̃ qui ſuſcitauit yhm dñꝫ ⁊ nos cũ yeſu ſuſcitabit. Sic ergo apparet coꝛpalis reſurrectio noſtra. ℭ Sed ſpiritualis a peccato reſurrectio noſtra quõ apparꝫ. Certe. 12. ſignis ⁊ teſtimonijs. ℭ Pꝛimũ eſt mũdi amaritudo. vnde ſi mũdus non ſapiat. Sed diſſipiat ſignum eſt reſurrectõis primũ a pccõ. ⁊ h ẽ teſti^m Marie Magdalene q̃ amaritudo iterꝑtatur.

ℭ Secũdũ carnis ſubiugatio ⁊ dñij carnis plenitudo ſi. n. nihil ſentit pruriginis ſeu rebelliõis in carne ſignũ eſt ſm. ⁊ eſt teſti^m marie Jacobi que ſubplãtatrix interꝑtat: ℭ Tertiũ ẽ tẽptatõis dyaboli declinatio qñ eniꝫ dia gr̃a ſe nõ ſentit a dyaboli ꝑpulſari. eſt ſignũ tertiũ. Et hoc ẽ teſtimo^m Marie ſalome que pacifica iterꝑtatur. ℭ Quartũ ẽ ocultoꝛũ. ſ. a dõ reuelatio ⁊ mãifeſtatio. qñ pꝛeſolito videt ſuũ itellectũ iradiari. ⁊ dia ſecreta ſibi reuelari. ẽ ſignũ quartũ ⁊ ẽ teſtimoniũ petri q agnoſcẽs interꝑtat

ℭ Quintũ ẽ ꝯſolationũ magnitudo ⁊ multiplicatio. quãdo. n. interius vltra cõſuetudinẽ incipit cõmoueri ad dei dulcedinẽ tũc eſt quintũ ſignuꝫ ⁊ teſtimoniũ ẽ Johãnis qui iuit ad monumẽtũ. ℭ Sextũ ſignũ ẽ pauptatis ⁊ oĩs penurie dulcedo. Si. n. nihil huius mũdi appetat ⁊ q̃rat. ymo fugiat ſignũ ẽ. 6. ⁊ ẽ teſti^m. ſ. apoſtoloꝛuꝫ q oĩa reliquerũt. Mat. 18. ℭ Septimũ ſignum pietatis ⁊ miſericoꝛdie gratitudo. Dũ. n. ſentit ſe cõpaſſiue ad animas chriſti ſanguine pꝛetioſo redemptas inflecti ⁊c̃. 7. ſignũ in teſti^m duorũ diſcipuloꝛũ eũtiũ in emaus. i. compaſſionẽ oſtẽdẽtiũ verbo ⁊ opere.

ℭ Octauũ ſignũ ẽ cõtẽplatõis dum ꝑuenit ad apicẽ ⁊ ad vacandũ deo ſepius ducit. tũc eſt ſignũ octauũ. ⁊ teſtimoniũ apoſtoloꝛũ exiſtentiũ i mõte taboꝛ. ℭ Nonuꝫ ſignũ ẽ qetatio nis dũ vꝫ ꝑcipue pacẽ pectoꝛis poſſidet ⁊ eſt teſti^m nonum apoſtoloꝛum ⁊ diſcipuloꝝ exiſtentiũ in vnum.

ℭ Decimũ ſignũ ẽ deguſtatõis celeſtiũ. tũc ẽ teſtio^m x^r cũ apoſtol' comedẽtis. ℭ Undecimũ ſignũ ẽ Innocentie ⁊ puritatis poſſiõis ⁊ eſt teſti^m apoſtoloꝝ i mari piſcãtiũ. ℭ Duodecimũ ſignũ ẽ anxietatis ⁊ faſtidij ad ĩcolatũ vite pñtis. qꝛ cupit diſſolui ⁊ eẽ cũ xp̃o. ⁊ h ẽ teſtimoniũ chriſti in mõte oliueti celũ aſcendẽtis. Sic g° 12. ꝑfatis ꝓbata eſt vera chriſti reſurrectõ. Sic ⁊ ſp̃ualit nr̃a a pccõ reſurrectio ⁊ in gr̃a pmãſio declarat. Et h oñdebat. cũ. d. ꝙ Aug° dixit petro ⁊ diſcipulis. ſ. vt daret teſtimonium ſpirituali hominis reſurrectioni h in pñti a pccõ p gratiã ⁊ in futuro pꝛemij reſurrectionis in gloꝛia. Amen.

ℭ Feria ſecunda in albis ſermo de epiſtola. 55.

V Os ſcitis q̄ factū eſt verbuz
per vniuerſam iudeam ⁊c.
actuuz. 10. viſo in p̄cedētib⁹
de mundo archetypo .ſ. deo quid eſt
deus. videndum eſt nunc q̄tus eſt de
us. Non loquēdo de q̄titate corpo
rali que nulla eſt ponenda in deo cū
ſit ſpūs ⁊ ſūme ſimplex. Sed de q̄ti
tate ſpūali. ⁊ vbi eſt deus. vz ſi ſit in
menſus. ¶ Et pro reſponſione ad h̄
ſ. q̄tus eſt deus ē Rñſio p̄ p̄s. Di
cit magnitudinis eius non eſt finis.
Et baruch. 3. Magnus ⁊ non hz finē
excelſus ⁊ in menſus. Et Job. 11. Ex
celſior eſt celo: pfundior inferno: lon
gior terra. ⁊ latior mari. Et hanc ma
gnitudinē dei oñdebat apl's actuuz
17. qñ. d. In deo mouemur viuimus ⁊
ſumus. Et multis alijs ſue epl'e i lo
cis. d. Quod oīa ſunt in ipſo. ⁊ p ipm
⁊ ex ipſo. Et ſic ꝯcludit in menſitas
dei h̄ idem dixerunt antiqui phy. Si
cut pz in deſcriptōibus datis de deo
vnde ꝑpōne 2ª. ⁊ deſcriptione. df de
us eſt ſpera infinita cuius cētrum
vbiq3 ⁊ circunferentia nuſquam. Et
18. dicit. Deus eſt ſpa cui⁹ tot ſunt
circunferentie quot ſunt puncta.
Quib⁹ p̄miſſis apparet ad queſituz
q̄ ſi queraf q̄tus ē deus. Rñdetur
q̄ infinitus ⁊ imenſus eſt pz ex dcis
Nam cum magnitudinis eius nō ſit
finis. ſequif q̄ ſit infinitus. Et cū ſit
altōr celo. Oīa ipſe circuit ⁊ ipſe a
nullo amplectif ⁊ ambif. ¶ Sed ⁊
rōe h̄ idem apparet. Si nō poneref
eſſe vbiq3. locus eſſet maior. vtpote
in quo ipſe non eſſet. Et ſic imperſe
ctus q2 minor tali loco. Item ſi non
eſſet in aliquo loco vel poſſet moue
ri ad ipſum locum. ⁊ ſic imperfectus
vel ñ ⁊ ſic iperfect⁹. Quare ⁊ vbiq3
⁊ imobilis. Et ſic deus eſt intra oīa
q̄ non incluſus: ex oīa q̄ non exclu
ſus. Supra oīa q̄ nō elatus: ⁊ iuxta
oīa q̄ nō depreſſus ⁊ ſtrictus. Et q2
deus ſpūs eſt ⁊ ſimplex q̄re non par
cialiter. ſed vbiq3 totus. Sicuti aīa
eſt tota in corpore ⁊ tota in qualibz
p̄te. vñ ſi magna ē terra. Aer. Ignis
aqua. celi ſperarum. ſtellaꝝ. ⁊ celum
empireum: a fortiori maior eſt ipſe
deus. vñ ſi imenſitas arguif ex factō
ne oīum mundanoꝝ a deo fectorū. a
fortōri arguif ex ꝯſeruatōe. ⁊ p̄ñtia
litate ad oīa ⁊ ex oīa. ¶ Ad cogni
tionē ergo ifinitatis die ⁊ imenſita
tis ſacra ſcriptura nos inſtruit. Et p̄
cipue epl'a hodierna. In q̄ q̄tuor du
bijs que fieri pñt de imenſitate dei
Rñdit ⁊. ¶ Primū dubiū ē. An q2
imeſſitas di deū p̄dicat eē vbiq3. An
eē vbiq3 ſoli⁹ dei ſit ꝯdictio ⁊ ꝑprie
tas. ¶ Scōm dubiū eſt qūo intelligi
tur. de aſſiſtentia dei in rebus diſtin
ctio ⁊ gñalitas. ¶ Tertiū dubiū eſt
qūo p̄t eſſe ⁊ intelligi q̄ deo dum ē
in rebus inſit inequalitas. ¶ Quar
tū dubiū ē in qbus ſpālr df fuiſſe vt
in loco diſpoſito diuinitas. ¶ Quan
tū ad primū. qūo ſolius dei eē vbiq3
ponaf ꝑprium ⁊ ſpālitas. vbi q2 vnū
p̄ſupponif. vz deū eē vbiq3. ⁊ aliud q̄
rif vz ſi ſolius ē dei h̄ ꝑprietas per
naturā. Et ſi de p̄ iā ſit dcm. Attñ rō
ꝯuincit ſic eē. q2 ſi non eēt vbiq3. vt
pote in aliquo loco aut nō poſſet eē
⁊ ſic ipotens ⁊ ꝯpñs non oīpotens.
Aut ſi poſſet eſſe. ponatur in eſſe. er
go deus mouetur qđ eſt impoſſibile
quia imobilis eſt put pulcherrime
Ariſtotiles declarat. 7. ⁊ 8. phorum.
Itē ſi eēt mutabil' eēt paſſibil' vt di
cit commentator. 5. metaphiſice.
commento. 6. Et iđ. d. Ariſtotiles. 12
metaphiſice cōmento. 38. ⁊ 51. Quod
deus non tranſmutatur neq3 ſecūdū
ſubſtātiā neq3 ſecūdū accidēs. Et. 8.

phoꝝ q̄ ē oīo imobilis. ¶ Sed cauſa quare deus ſit vbiq̄.eſt prima qꝛ ꝑfectiſſimus ꝛ nullius egens quare imobilis.Et ꝑ ꝯñs in quolibet loco. ¶ Scd̄a qꝛ ē cā in eē cuiꝯ creature ꝛ in ꝯſeruando quare oꝫ q̄ ſit vbi ē creatura. ¶ Tertia qꝛ deus eſt infinitus qꝛ ſi finitus eo poſſet intelligi maioꝛ ꝛ eſſe ꝛ ſic eſſet imperfectus. ¶ Quarta qꝛ ſimpliciſſimus eſt, qꝛ vel eſt vbiq̄ ꝛ ꝑpc̄ ſi uꝫ:vel nullibi ꝛ h̄ oēs negant.vel alicubi ſic. alicubi non.ꝛ ſic iperfect9. vel ꝑtim hic ꝛ ꝑtim alibi ꝛ h̄ non.qꝛ ſimpliciſſim9 oībus ꝑtibus carens:quare vbiq̄ eſt. ¶ Sed q̄ ſic ſolius dei ꝓprietas pꝫ ex ꝑdictis q̄tuoꝛ ꝯdictōibus q̄ nullo mō creature pñt ꝯuenire.quare eſſe vbiq̄ vt dicit Auguſtinus. ꝛ Ambroſius.ꝛ ponit̄ ꝑ ſniaꝝ.di.37.ē ſoli deo ꝓprium ꝛ nulli creature. Et h̄ oñdit prima parſ eple.d.bt̄o petro q̄ hoc verbū.ſ.q̄ deus ſit vbiq̄ ſcm̄ eſt.ſ.ꝑ totam Judeā.qꝛ ſpālr̄ ipſi Judei tā q̄ magis illuminati de deo.h̄ dixert Jntelligēdo ꝑ. Judeos ipſos alios iſraelitas.d.yſ. plēa erit oīſ tra gl'a eius yſ.6.d.Jeremia.23.Celuꝫ ꝛ terram ego impleo.d.baruch vt ſupra. Excelſus ꝛ imēſus .d.ps.Si aſcēedro in celū ut illic es ꝛc̄.D.ſalomōe 3.Re.8.Si celi celoꝛum te capere nō pñt ꝛc̄.Et non ſolum per vniuerſam Judeam ſed per oꝛbem aliū.ſ.ꝑ gratiam ꝛ alias ꝑtes vt dcm̄ ē de phys quo ad h̄ de deo loquentibus. Et iō bñ.d.x^a ꝓpoſitō ꝛ vigītiq̄tuoꝛ phoꝝ Deus eſt cuius poſſe non numerat̄ cuius eſſe nō clauditur. Cuius bonitas non terminat̄. ¶ Circa ſm̄ quō vꝫ intelligit̄ dei vbiq̄ aſiſtentia. vbi ſciendum eſt q̄ in deo pñtia potentia ꝛ eſſentia non diſtinguit̄ ſed ſunt idem quo ad principale ſignificatum ꝛ ſi ſecūdario ꝛ quo ad ꝯnotata differant. vnde deus dicitur eſſe preſentialiter.qꝛ a nulla re quoquo modo in diſtat pontentialiter . quia ſecundum ſue virtutis influentiam omnibus influit. eſſentialiter quia eſt itimus oī rei, ꝛ magis intimus quam ipſa res ſibi. Quia enim nulla res ſubterfugit dei preſentiam quia omnia ei ſunt preſentia quare p̄ſentialiter ſic eſſe dicitur in qualibet eſſentia.quia omnia producit ꝛ conſeruat.potentialiter dicit̄ eſſe vbiq̄ Quia vero eſt inter creaturam intimioꝛ omni re. Jdeo eſſentialiter eē dicitur. Attamen quia eſſentia non diſtinguitur a potentia nec a preſentia in deo vbi ponitur vnum ꝛ aliud Et ſic eſſe patet continue experientia donis gratuitis ꝛ miris operatōnibus quas circa nos agit deus. Nōne magi pharaonis in tertio ſigno dixerunt digitus dei eſt hic. exodi.8. Et ſic prodidit preſentiam ꝛ potentiam ſuam. Quādo dixit exodi.3. Ego ſuꝫ qui ſum.prodidit ſuam eſſentiam. Quando dixit habrae.geñ.ſeptiodecio.Ego ſum deus omnipotens ſuaꝫ oſtendit potentiam. Attamen quia inſeparabiles ſunt iſte. tres conditiones diuine in creatura. hinc eſt quod vbicunq̄ ponitur vna ꝛ alia eſt ponenda. Et hoc modo ſiue deus nouiter producat ſiue conſeruet ſiue reſtauret. ſiue liberet a malis. ſiue condonet bona. ſemper dicetur preſentialiter potentialiter ꝛ eſſentialiter eſſe in talibus. Et h̄ oſtendit ſecunda pars epiſtole. Quod tria predicta oñdit. Pꝛio in xp̄o q̄ deus vnxit ſpū ſcō in virtute ꝛ h̄ quo ad ſe. Scd̄o q̄ ipſe erat deus tria ꝑdicta oñdit circa creaturas rōnabiles. Et h̄ quō:certe benefaciendo ꝛ h̄ penes

diſcipulos ſanādos.⁊ nō penes alios. Et ſci apl'i teſtes fuerunt p̄dictorū Et ſic pȝ de ſcdo mō ⁊ rñſione ad ſz dubium. ¶ Tertiū videndū eſt de h q̄ querit tertium dubiū.s. an de⁹ in equaliter ſit i rebus. Rñdetur p q̄ſ dam diſtinctionē.vȝ vel loquimur de deo conſiderando ipſum in ſuo eſſe. non put effcm̄ aliquē agit in creatu ra.Et ſic deus non eſt inequaliter in rebus.rō q2 vbiq; eſt p̄ns ⁊ intimus cuilibet rei. ipſam in eſſe ſubſtentat Alio mō p̄t ꝯſiderari deus. vt effcm̄ aliqueȝ cauſans ⁊ efficiens.Et ſic nō vniformiter.ſed diſpariter eſt in om nibus electis.⁊ dānatis. In electis per grām ⁊ glām ⁊ bonis. In malis per punitionē ⁊ penam. Et q2 deus diſpariter grām dat ⁊ glām:hinc eſt q̄ diſpariter eſt in prefatis. Et ſic eſſe pȝ de ordinibus angeloꝝ archā gelorum principatū ⁊ p̄tātuȝ ⁊ alio rum.pȝ de ſanctis in eiſdem ordini bus locatis.chriſtus ad hoc oſtendē dum.d. Jo.14. In domo patris mei manſiones multe ſunt.Et apoſtolus d.i. corin.15. Quod ſtella differt a ſtella ⁊cetera. Sic etiam eſt in dam natis qui habent diſtinctos gradus pene eiuſdem ⁊ diſtinctas penas ſe cundum quod inequaliter peccaue runt.Sic hoc modo dicitur deus ad eſſe bonis ⁊ eſſe in bonis primi pa ral'.17.dixit Nathan ad Dauid domi nus deus tecum eſt. amalis non ad eſſe ſed recedere. ⁊ ſic dicit Saul. primo. Regū vigeſſimooctauo dñs receſſit a me.Et quod deus inequali ter ſit modo iam dicto oſtendit epi ſtola de petro ſe cum alijs teſtes eſſe:q̄ licet deus benefecerit mul tis ⁊ ſanauerit eos:plura tamen fe cit chriſto quem a mortuis ſuſcita uit.Et cum deus Inſtituit Judicem viuorum ⁊ mortuorum. Et quod in nomine.ideſt fide nominis eius vt p̄ dixerunt prophete. deus dat remiſ ſionem peccatorum quare inequali ter fuiſſe ⁊ alijs oſtendit effectum ¶ Ad quartum dubium.Quia deus eſſe vbiq; ⁊ fuiſſe ſemper in omni bus creaturis.Quomodo deprehen ditur magis habitaſſe in vno quam in alio. Reſpondet vltima pars epi ſtole.d.quod ſpiritus ſanctus deſcē dit ſuper fideles. Quo datur intelli gi quod Juxta impletionem ⁊ do nationem gratie ⁊ ſpiritus ſancti aſ ſerere debemus deum inequaliter ſanctos inhabitaſſe. Quia eniȝ chri ſto non eſt datus ſpiritus ſanctus ad menſuram.Johannes primo. Et in ipſo habitat omnis plenitudo di uinitatis corporaliter collo.ſecūdo. Id circo in ipſo preomnibus domi nus habitare dignatur. ¶ Poſt ip ſum eſt beata virgo Maria.que ple na ⁊ ſuperplena fuit gratia. In cu ius ſacratiſſimo vtero. nouē menſi bus deus ⁊ homo ſtetit. ⁊ reclina uit. poſt ipſam ſunt ſancti apoſtoli. qui gratia ⁊ ſpiritu ſancto pleni fue runt actuum.ſecundo. Sic ⁊ Johan nes Baptiſta ſpiritu ſancto plenus exuteroſ matris ſue. Sic Beatus Stephanus. Sic Apoſtolus Pau lus ⁊ multi alij ſanctorum.ſecundū ergo Intentionem eiuſdem gratie in ſcīs ⁊ extenſionē grārum virtutū ⁊ donoꝝ quā dio munere poſſiderūt ſic videndum eſt deum in ſanctis in equaliter ⁊ ſpecialiter hītaſſe. Sic ergo apparet quantus eſt deus ⁊ q̄ cum ſua imenſitate quomodo ſtat quod in ſanctis. diuerſiſ effectibus gratie ⁊ donorum diuerſimode ⁊ in equaliter hītaſſe in hoībus bonis ⁊ electis tā veteris q̄ noui teſtamēti

Et q̄ i nobis habitet ſpāliter conari
debemus in preſenti per gratiam ⁊
tandem in futuro per gloriam Amē.

¶ feria ſecunda in albis ſer .de euā
gelio.57.de qualitate dei.

D
Uo ex diſcipulis yeſu ibant
ipſa die in caſtellum ⁊c. luc.
24.viſo de mūdo archetypo
ſ.deo quid eſt.⁊ quantus eſt. Reſtat
videre qualis eſt.vbi ſciendum q̄ cū
deus ſit ſumme ſimplex.⁊ actus pu
rus.quia ſimplex non poteſt compōi
cum aliquo.Quia actus purus in po
tētia ad nihil vlterius ē q̄ nec ad eē
alicuius accedentis.Et per ꝯſequēs
ſi nullū accidens in ipſo poteſt eſſe.
quare ſi queratur qualis eſt deus de
aliqua qualitate que deo inſit eſt fri
uola interrogatio.Sed quia cum in
deo ſint duplices perfectōes q̄litati
ue.i.que conſimiles in creaturis i eē
ſubſtantiali conſtituūt.Sicut eſt eē
viuere ſentire ⁊ intelligere.Nā per
fectō eſſendi conſtituit in eſſe ſubſtā
tiali.vt patet in omnibus lapidibus.
Sic viuere conſtituit.in eſſe ſubſtan
tiali p̄z in omnibus viuentibus. tam
plantis quam arboribus.Sic ſentiꝛ
vt patet in animalibus.Sic intellige
re vt patet in rationalibus.Aliq̄ ſūt
perfectōes in deo.que cōſimiles rep
te in creaturis nō cōſtituunt in eſſe
ſubſtantiali.Sed potius accidentali
⁊ bene eſſe.vt eſt ſapientia.miſericor
dia iuſticia ⁊ ſic de ſimilibus.Ad ꝓpo
ſitum q̄ p ᵉ ꝑfectōes dñt eē ſubſtan
tiale in creaturis ⁊ ſecunde dicūt eē
accidentale:hinc ē q̄ hac ſimilitudie
q̄ hic ego nō q̄ro de ꝓmis ꝑfectioni
bus q̄ iā de eis eſt queſitū.cū dictū
eſt quid eſt deus.Sed de ſecundis ꝑ
fectōnibus.Jō queriꝛ hac de cā qua
lis eſt.Ad quā interrogatiuā q̄ōnem

Rñdeo q̄ deus ⁊ ſi in qualibus ꝑfec
tione intenſiue ⁊ ipſarū extenſiue ꝑ
fectione ſit infinitus.Attamen ad ꝓ
poſitum. Rñdeo q̄ deus eſt ſumme
ſapiens.⁊ ſummū bonū.Et quia in ꝓ
prius modus ſecundū anſel.eſt diceꝛ
deus ē ſapiens iuſtus bonus ⁊ huiuſ
modi.Sed ꝓprius eſt diceꝛ deus eſt
ſūma ſapientia. Juſticia bōitas ⁊ ſic
de alijs. Rō q̄ quicquid eſt in deo ē
deus .⁊ quicquid dr̄ de deo vbi non
cōnotet creaturā eſt ipſe deus,quaꝛ
ipſe eſt ſūma ſapiētia ſūma bonitas
⁊ de iſtis duabus ꝑfectionibus .vꝫ ō
ſapientia.⁊ de bonitate dei loquēdū
eſt.De pᵃ.vꝫ ſapᵒ dia in p̄ſenti p̄dica
tione.De bonitate dia in ſequēti p̄
dicatōe.ſ.die martis.De q̄bus viſis
patebit qualis eſt deus.¶ Circa pri
mā vꝫ ſapiētiā diuinaꝫ q̄ ipſa ſit po
nēda in deo p̄z ꝑ ſcripturā.p̄s.Oia i
ſapiᵃ feciſti.Et ſapiᵉ .9.Sapiᵃ tua cō
ſtituiſti hoīeꝫ.Et ſequiꝛ tecū ē ſapiᵃ
que nouit opa tua.que ⁊ affuit tunc
cū orbem terrarū faceres ⁊c. ¶ Se
cundo videndū eſt q̄ꝫta eſt h̄ ſapia.⁊
Rñdit p̄s.d.Sapie eius nō ē nume
rus. Rō q̄ ipſa eſt deus quare Infi
nita ⁊ ſic ſiñ numero. ¶ Tertio vidē
dū in quibus eſt maxime dia ſapien
tia oñſa ⁊ declarata.Et ꝑ p̄ñti predi
catione vt tangit ſanctū euangeliuꝫ
in quatuor ⁊ circa quatuor eſt preci
pue demonſtrata ⁊. ¶ Primo circa
mūdi diſpoſitionē. ¶ Scdo circa pec
cati ⁊ malorum punitionē. ¶ Tertō
circa.ꝓ pccō noſtro deo ſatiſfactōeꝫ.
¶ Quarto circa nr̄e ſalutis ordina
tōeꝫ. ¶ Dico primo .q̄ ſapᵃ.dei ma
xime ⁊ p̄cipue relucet circa mūdi di
ſpoſitionē. Rō eſt q̄ cū in mundo ſit
diuerſitas naturarū.vna calida.Alia
frigida.Diuerſitas formarū.patet i
aīalibus,Diuerſitas cōdictionum ⁊

moꝝ.patet in diuerſis hoībus ⁊ gentib⁹.diuerſitas ſpēꝝ. Diuerſitas coloꝝ:odoꝝ:ſaporū figuraꝝ.⁊ Sic de ſimilibus.Sic ēt diuerſitas in virtutibus ⁊ quo ad intenſionē ipſarū ⁊ extēſionē.Sit ēt diſtictio in prauis habitibus ⁊ operationib⁹.Et ꝙ oīa ordinent ⁊ diſponantur ⁊ quo ad loca. gradus ⁊ hui⁹.ſapīa dīa maxīe relucet.❡ Ipſaqꝫ ſapīa ſic ordinauit ordinem vniuerſi.vt īpoſſibile ſit aliqd ī ordinatū eſſe.q2 vt dicit Auguſtin⁹ i9.de ciuitate dei.ordo ē parium diſpariūqꝫ rerū vnicuiqꝫ loca tribuens diſpō.Quo ſequitur ꝙ vbi maior oppoſitio ⁊ cōtrarietas ibi eſt maxim⁹ ordo.❡ Inſuper nihil pōt eſſe in ordinatū niſi p ꝯrij poſitionē.ſed quāto maius ꝯrīū tanto pulcri⁹.In iferno ēt maxime relucet ſapīa dei q2 ē maximus ordo q2 vnicuiqꝫ pena daꝛ ꝑut decet.Nec valet q2 ſcriptura.dicit q2 ibi null⁹ eſt ordo.q2 h itelligiꝛ de ordine conformitatis ⁊ volūtatis ad deuꝫ.vel hoīs ad deū.tñ eſt ordo ibi in penis ꝑ peccatis. ❡ Vniuerſū ipſum cū ſit pulcherrimū carmen.ꝯrioꝝ cōpoſitione cōpoſitū ad ſapīam declarandā diuinā multū facit adeo vt pulchrius nec melius eſſe poſſit Quia vel eēt q2 ſola bōa ꝑ ſe eſſent vel ſola mala.⁊ h eſt īpoſſibile q2 ſola mala eſſe nō pñt.nec ſola bona.q2 non eſſet carmen oppoſitione ꝯrioꝝ cōpoſitū.Quaꝑpter dicūt doctores p̄ſata de cā ꝙ mundus.⁊ ſi in quibuſdā ptibus poſſet eſſe melior. tamen reſpectu totius non.Et hoc oſtēdit ſcriptura.gñ.i.vidit deus cuncta que fecerat ⁊ erant valde bona.Et q2 de⁹ fecit oīa in numero pondere ⁊ mēſura.In numero quo ad grad⁹. In pōdere quo ad ſitus.In mēſura quo ad tēpus.hinc eſt ꝙ oīa ſic ſunt ordinata vt ſi dei potētia mutaret.ſicut p̄t id tñ nō eſſent ꝙ prius:⁊ ſic mundūꝫ ſic ſtantē ꝙ meliorē faciat nō poteſt intelligi.vt docēt doctores.pmo ſententiaꝝ.di.44.Et rō eſt q2 deus p̄parauit orbē in ſapīa ſua ⁊ prudentia ſua extendit celos ſcribitur Jere.51. ❡ Scdo appet dei ſapīa.circa malorū ⁊ peccatorū punitionē vt.n. dicit Auguſtinus nunqꝫ eſt dedecuſ peccati ſine decore iuſticie.Et ꝙ ſic ſit pꝫ. ꝑpter illa que ad peccatū ſecuntur. vꝫ.Nam peccato hō ꝑdit oēm grām priuaꝛ vita eterna.In ſeruuꝫ datur dyaboli.Inferno deputaꝛ. a bono ſūmo elongaꝛ q2 ad ipm minime pueniре poſſunt.⁊ ſic de alijs.⁊ ꝑut philoſophia boetij demōſtrat rōnibus.4: de pſo.pſa.2^a. Impoſſile ē malos bonū ad qđ ſunt creati nunqꝫ ſtāte eoꝝ malicia adipiſci.Et ſic q2 ſp peccatuꝫ pena cōcōitaꝛ.ad laudē ē diuīe ſapie Et nō ſolū pena ſpūal'.Sed ⁊ corpal' ⁊ tpal'.vt pꝫ in ſacra ſcriptura ꝑ totū ⁊ de q̄libet genere pcci quos de⁹ puniuit.Inſup dia ſapīa ordinauit tā in lege veteri.qꝫ In legibus ipialibus ⁊ ciuilib⁹:que oēs a ſapīa dia ꝑcedūt.ipſa enim eſt ꝑ quam legum cōditores iuſta decernūt ꝑuer.8.quibus oīa ordinanꝛ ⁊ mala puniunꝛ.O qꝫ vere mire ⁊ ſceuere.pene rñderēt peccatis maloꝝ in inferno.Et iō i tali punitōe.q2 iuxta delictū ē ⁊ plagarū modus ordo dīe ſapīe ibi p̄cipue adeſt ⁊ claret.Si ergo talia cupis ꝑfecte videre.Diſce vbi ſit ſapīa ſcribiꝛ baruch.3.vis videre ſapīam dei pccō penā adhibentē:Cerne primos parētes a pdiſo eiectos.Cayn maledictū.Gigantes diluuio necatos. Egiptios ſubmerſos Moyſen. ⁊ Aaron acceſſu ad terraꝫ priuatos ꝑmiſſionis.Dauid in ſemis perpetuo

gladio pūitū.Salamonē .io. partib⁹ regni priuatū in filio.⁊ ſic de alijs.

¶ Tertio dia ſapia apparet p̄cipue i ſatiſfactōe peccati humani generis deo ⁊ ſolutione.Cum.n.de⁹ ſit iuſtuſ ⁊ peccatū ĩn punituʒ non dimittat vt pʒ ex precepti.quare de pccō exigit ſatiſfactionem que ſit redibitio equa lentis alias indebiti.Quam ſatiſfac tionē cū hō q peccauerat teneretur facere nec poterat.Rōne offenſe.q2 īfinita vtpote ꝯ deū.Et ratiōe ſatiſ ſactionis quia hō ð quicquid habʒ. a deo habet.quare ipſi deo in oibus tenet actōibus.Et in cunctis ēt paſ ſionibus q2 peccauit.quare equalenſ dare non poterat. Et ꝙ eſſet alias in debitū.Quid egit dia ſapia vt hō qui tenebat̃ ſatiſfaceret.⁊ poſſet.ip ſa carnem.i.totū hoiem.ſ.corp⁹ aſſū pſit ⁊ aīaʒ ⁊ Sibi in vnionē perſone coniunxit.⁊ quia in paſſione vt Inno cens deo non tenebat̃.hinc eſt ꝙ paſ ſionē ſuſtinendo i hoīe aſſumpto cui ſe ⁊ quo ad gratiā creatā ⁊ i creatā cōmunicauerat.talis operatio fuit i finite meritoria.⁊ ſic ipſa ſapia dia. chriſtus ſua paſſione ſatiſfaciēdo ꝑ nobis.factus ē nobis vt dicit apoſto l⁹.1.cor.1.ſapia.Juſticia.ſanctificatio ⁊redemptio.Et quia iſta eſt materia valð difficilis ſufficiat pauca premiſ ſa poſuiſſe.¶ Quarto apparet diui na ſapia circa noſtre ſalutis ꝓcura tionem.vt eniʒ nobis via pateret ad vitam perueniendi eternaʒ multipli cem viā nobis dedit.vʒ obſeruantie ſuorū mandatorum.Et fidei articu lorū.que fides quo ad articulos ⁊ in articulis contenta ſunt declarata ꝑ Moyſen ⁊ alios ꝓphetas vt dictum ē feria.6.dominice.tertie quadrage ſime vide ibi.Et quod fide s ſalutem ꝓcuret.⁊ dicit yeſus chriſtus.Mar. vltimo.Qui crediderit ⁊ baptizatuſ fuerit ſaluus erit.h eniʒ eſt vita. i.id per quod vita gratie ⁊ glorie acgrit̃ quam ſapientia.ſ.chriſtus inſpirat fi lijs ſuis eccleſiaſti.4.i.fidelib⁹ ſuis. Et ꝙ diuina ſapientia i quatuor pre dictis declararetur.oſtendit ſanctuʒ euangelium hodiernuʒ ⁊.¶ Primo mundi diſpoſitionē.vʒ a deo factā ꝯ rijs adinuicem cōnexis ⁊ poſitis:⁊ h dū in prima pte.dicit ꝙ duo diſcipu li yhū loquebātur.⁊ de quo certe de malis xp̄o illatis vnde ipſi erant tri ſtes.de quo tamen Judei gaudebāt ⁊erant leti.⁊ ſic ꝯrij adinuicē.vt po te leta cum triſtibus ⁊ triſtia cuʒ le tis ponuntur ⁊ ſociantur.Et ſic oſtē dit mundum vt pulcherimū carmen eſſe contrariorum opponere cōpoſi tum.Et ſubdit.tu ſolus peregrinus ⁊c.¶ Secundo peccati punitionem. Nam Judei chriſtum qui fuit vir ꝓ pheta iniuſte occiderunt ⁊ per conſe quens male fecerunt.Et ꝙ deuʒ qui libet credere debebat eos puniturū Et quia ipſi diſcipuli minime h attē debant.chriſtus dicit eis. O ſtulti ⁊ corde tardi.nam de punitione malo rum a deo ſancti ꝓphe in libris eorū locuntur.¶ Tertio ꝓ peccato homi nis ſatiſfactioneʒ.Et h cū dicit opor tuit pati chriſtum.Non ratione ſui ſed ſatiſfactionis peccatoruʒ noſtro rum.Qua facta aperuit Januaʒ pa radyſi peccato nobis clauſam:⁊ itra uit ipſe primo ⁊ conſequenter alij in gloriam ſuam. ¶ Quarto fidei nr̄e veracitatem ⁊ perfectionem. veraci tatem quia articuli fidei tam ð chri ſti diuinitate quaʒ eius humanitate in ꝓphys ſunt poſiti ⁊ declarati.Et h oñdit.q2 Incepit a moyſe q ſcripſit pētateucū.⁊ alijs ꝓphys in oib⁹ ſcri pturis q̄ de ipō quo ad Jā dictos ar

ticulos ſcripturas illis interp̄tabat.
oñdēs veracitatē ipſoꝝ.vt pote a tā
ſanctis hoībus declaratā.Sed vtili
tatē oñdit qꝛ apti ſunt oculi eoꝝꝫ.⁊
cognouerūt eū eē verā ſapiam que
fidē ſeruantibus dat grām in pn̄ti ⁊
ſe in futuro glorioſe oſtendit. Amē.
Et ſic patet qualis eſt deꝰ quo ad ſa
pientiam ex predictis.Amen.

¶ Feria tertia in albis ſermo d̄ euā
gelio.58.de ſummo bono.ſ.deo ⁊ per
conſequens beatitudine.

ſ Tetit ẏh̄s in medio diſcipl̄o
rū ſuoꝝ ⁊c.luc.vltio poſtq̄z
in p̄cedēti p̄dicatōe viſū eſt
qualis eſſet deus quo ad ſuaꝫ ſapiaꝫ
de dina bonitate volēdo loq.vidēdū
ē.an deus ſit ſummū bonū ⁊ per con
ſequens nr̄a beatitudo.Et in cōcuſſe
ē tenendum deum eſſe bonū.rō ē qꝛ
res vt dicit ariſt.2.metaphiſice ſicut
ſe hn̄t ad eē Sic ⁊ ad bōitatē.Et cū
deus ſit ens infinitū ⁊ in menſuꝫ vt
in ſuperioribus ē viſum quare infini
tū ⁊ in mēſum bonū ē.Et ꝙ deꝰ ſit i
mēſum bonū:ipſe Moyſi ſibi.d.vt ſe
oñderet ſibi Rn̄dit.Ego oſtendam ti
bi oē bonū exodi.30.h̄ ipꝫ oēs docto
res ſci dn̄t.d̄ quibus nihil ad pn̄s h̄
idē phy antiqui.ſ.plato.d.Quod deꝰ
eſt vnus verus ⁊ optimus qui cūcta
p̄cellit vt dicit Auguſtinus de ciuita
te lib.8.c.4.¶ Tulliꝰ de natura deo
rū li.2.c.21.Deus ē natura p̄ſtās quo
nihil ē melius.¶ Epycurꝰ vt recitat
tullius de natura deoꝝ.li.1.c.8.Deꝰ
ē quo nihil ē beatiꝰ nihilq̄z oībus
bonis affluētius cogitari p̄t.¶ Ter
megiſtus ad aſclepiū oīa.n.deus eſt
⁊ ab eo oīa.⁊ eius volūtatis oīa.qđ
totū ē bonū decēs imutabile ⁊ pru
dēs ⁊ ipſi ſoli ſenſibile atq̄z intelligi
bile.⁊ ſine hoc nec fuit aliqd.nec eſt.
nec erit omnia enim ab eo ⁊ in ipſo ⁊
per ipſum ⁊c.¶ Auicena.8.metaphi
ſice.c.6.Deus eſt bonitas pura in d̄
ſiderio omnium.¶ Propoſitione.5.
vigintiquatuor phoꝝ.Deus ē quo ni
nihil melius cogitari poteſt.¶ Ari.
12.metaphiſice.Deꝰ eſt nobiliſſimuꝫ
entium.⁊ nihil eſt eo nobilius.quia
ergo ſic eſt ꝙ deus eſt ſumum bonū
infinitum ⁊ in menſum.Ipſe merito
eſt beatitudo omnium ⁊ quaꝫ omnia
pro beatitudie ⁊ quiete ſua appetūt
Cum enim aliquis finis debeat eſſe
homini ⁊ nihil creatum poſſit eſſe fi
nis ipſius.quia ipſe vt dicit ariſto.ſe
cūdo phoꝝ.eſt finis omniuꝫ.Et ſic di
cit ſcriptura.vnde in ſignum ipē fuit
poſt eum vt dominus a deo conditus
vt patet gn̄.1.Quare oportet ꝙ aliđ
a creatura ſit ipſius finis.Et cū nihil
ſit deus quare ipſe finis ⁊ beatitudo
creature.¶ Patet etiam quia finis
talis debet eſſe a deo vltimus ⁊ ſup
premus vt nihil vltra illud itellectꝰ
poſſit intelligere.Et adeo bonum vt
voluntas maius bonum nō poſſit ap
petere nec velle que ſecundo in ipſo
deo ſunt.primum quia eſt ſuppremū
entium.ſecundum quia eſt ſummum
bonum ⁊ i menſum quare ꝓpoſitum
Sic ergo quia deus eſt ſūmus ⁊ infi
nitus ⁊ ſic bonum eſt noſtra btitudo
Et iō ſi q̄rat qualꝫ ē deꝰ.Rn̄det ꝙ ē
ſūmum ⁊ btitudo ſp̄s rōalꝫ.⁊ itellec
tualꝫ.Et ſic eē oñdit ſcm̄ euanᵐ.vbi
ſcm̄ euanᵐ oñdit deū eſſe.¶ p̄ oīum.
duplicē btitudinē ⁊ h̄ cū dicit ꝙ xp̄s
ẏh̄s ſtetit i meꝰ diſcipl̄oꝝ ⁊c.¶ 2ᵒ bo
noꝝ oīuꝫ plēitudieꝫ ⁊ h̄ oñdit cū dic̄
ꝙ xp̄s ꝯmedit ⁊ đdit fligas ⁊c.¶ 3ᵒ
ad ipſuꝫ perueniendi oſtendit modū
⁊ aptitudinem.d.Sic oportebat pa
ti xp̄ꝫ ⁊c.¶ Dico p̄ ꝙ euāᵐ oñdit ꝙ
deꝰ ẏh̄s ē duplex btitudo.⁊ qūo.vbi

ſciẽdũ ꝙ btitudo ẽ duplex.q̃dã eẽn
tialis.q̃ ꝯſiſtit i dei viſione.non cor
porali. Sed intellectuali. Et dr eẽn
cialis.q2 ipſa ſola ſi aſſit aĩam btiſi
cat. Alia ẽ btitudo accidental'.q̃ cõſi
ſtit in viſione humanitatis xp̃i bte.⁊
in alijs. Modo euãgeliũ. Dũ dicit
Stetit q2 h̃ verbũ ꝓprie cõuenit.
deo.vt pȝ de bto Stephano. actuuȝ
7.q vidit filiũ ſtantẽ ⁊c.oñdit ꝙ eẽn
tialis btitudo ẽ i ſolo deo.¶ In eo
ꝙ in euãglꝺ .d.ꝙ Ihs eſt ille q ſtat
⁊ ſtetit oñdit ꝙ ipſe eſt nr̃a btitudo
Et q2 in yeſu eſt duplex vȝ.dĩa ⁊ hũa
na. Quo ad dĩam ẽ beatitudo eſſen
tialis. q̃ ad hũanã ẽ beatitudo acci
dental' vt docet Augu. de ſpũ ⁊ aĩa.
Intus q̃ ad aĩaȝ.deꝰ ẽ beatitudo.ex
q̃ ad corpꝰ ẽ hũanitas glĩficata bea
titudo.¶ Sȝ q̃mõ ſit btitudo oñdit
ꝙ ſtando in medio. ꝑ mediũ poteſt i
telligi. ipſum obm dinũ.i. dĩa eẽn^a
q̃ beatificat obiectĩe q2 ipſe deus ẽ
quod vr.¶ Et ſi q̃rat quõ p̃t videri.
Cũ ipſe ſit ĩfinitꝰ: ⁊ ĩtellectꝰ nr̃ fini
tus.¶ Rñdet ꝙ lȝ deꝰ obiciat cuilȝ
ĩtellectuali ſbe ĩfiite obctĩe. Nõ tñ
ĩfinite vr ſȝ tñ finite.vȝ ſiĉ ẽ po^a vi
ſiua ꝑceptiua.¶ Et ſi dicat vr deus
q̃tũ potẽtia viſiua ĩtellectual' ẽ ĩtẽ
ſa ⁊ potens. Rñdet ꝙ nõ q2 beatitu
do nõ dat ex naturalibꝰ. ſed ꝑ meri
tis.⁊ ſic dato ꝙ ſẽꝑ videat finite.tñ
ĩtẽſiꝰ videt ab vno q̃ȝ ab alio. Et ſic
beati tñ vident deũ q̃tũ volunt. q2
volunt id ꝙ eis deꝰ dat. ⁊ q̃tũ dat.
Non tñ q̃tũ pñt. ⁊ h̃ cõiter loq̃ndo
in aliq̃bus eſt:ſicut i aĩa xp̃i ⁊ beata
virgine ⁊ forte in q̃buſdã alijs ꝙ vi
dent ⁊ q̃tũ volunt ⁊ q̃tũ pñt. ¶ Et
ſi dicat.3^o deꝰ eſt ſimpliciſſimus in q̃
ſtat diuerſitas in vidẽdo. ¶ Rñdet
ꝙ diuerſitas non eſt ex parte dei q2
eẽntialiter ſe cuilȝ obiĉ. ſȝ ex parte
potẽtiaꝝ ꝑcipientiũ que rõne meri
torum diſpariũ deũ ineẽntialiter vi
dent.¶ Poſſet ẽt dici ꝙ poteſt ꝑue
nire ex parte dei q2 vt dicit Auguſti
nus ſicut in ptãte dei eſt ꝙ videat ⁊
non videat. Sic.⁊ qñ ⁊ q̃tum ⁊ quõ.
¶ Modo q2 beatitudo pĩcipaliter
ſtat in dei viſione.d.xp̃o Io.17. h̃ eſt
vita eterna vt cognoſcant te ⁊c.hinc
eſt ꝙ ſancti maiores ⁊ minores ſunt
ſecundum dicte viſionis participatõ
nem intenſiue. ¶ Per medium po
teſt intelligi lumen quo deus videt
quia vt dicit ps. In lumine tuo vide
bimus lumen. Ipſe enim deus eſt
obiectuȝ quod videtur. ⁊ lumen quo
videtur. Sed quo potẽtia mouetur
ad viſionem talis obiecti eſt ponen
dum lumen creatum. licet ergo ſit
tale lumen quo deus videtur ⁊ ſit in
menſum potentia tamen percipiens
non intenſius videt quam ſit viſiua.
¶ Et ſi dicatur. dilatatur ſecundum
Gregorium ſecundo dyalogorum
anima videns. ¶ Reſpondetur ꝙ
non intelligitur quod dilatatio ſiue
capacitas intenſiue ⁊ quo ad gra
dum augeatur. quia eſt in poſſibile.
quia ſi ſit capacitas anime eſt reali
ter ipſa anima:modo quocunq; gra
du addito anima variaretur ⁊ non
eſſet illa anima que primo erat:quia
ſicut per additionem vnitatis ad nu
merum variatur numerus. Sic
per additionem gradualem perfe
ctionis ad animam anima variatur
¶ Dilatatio eſt intelligenda non
intenſiue ſed extenſiue.idest plura
percipit quam ante ⁊ ſimul. quia in
ſpeculo diuino i quo relucent omnia
multa ſimul videt quam ante ſine
dicto ſpeculo ⁊ ſui viſione non vide
bat. ¶ Et ſi dicatur. videt ne omnia
vel poteſt videre in ſpeculo dĩno re

lucentia. Reſpondetur ꝙ nõ qꝛ non
eſt poſſibile. animam ſic videre nec ẽ
neceſſarium ſic videre. ¶ Permane
re ⁊ ſtare in medio. intelligi poteſt ſi
tus ⁊ ſtatio ac ordinatio celeſtis pa
trie ⁊ ad litteram chriſtus ſtat ĩ me
dio ſanctorum ⁊ circa ipſuꝫ in circui
tu ſtant ſci. vt Johãnes vidit apoc. 5.
Stat ergo in medio diſcipulorum. i.
ſanctorum omniuꝫ qui eius doctrinã
ſunt ſecuti. Sed quid ex iſta viſione
eſſẽtiali ſancti hñt. ¶ Certe multa
⁊ ſi euangelium non ponat niſi. 3. vꝫ.
pacem. ſ. pectoris ⁊ eternitatis.
Perpetuitatem in eſſe. Et euaſio
nem de hoſtis turbatione. Primum
cum dicit pax vobis. Secundum cuꝫ
dicit. Ego ſum. Tertium cum dicit.
Nolite timere. que. 3. patebunt ex di
cendis. ¶ Sed ſequendo dicta docto
rum ad viſionem eſſentialem diuinaꝫ
⁊ beatitudinis viſionem ſecuntur ali
qua que ipſi deum videntes habent:
Et primum eſt ſuper omnia eleuatõ
Nam ſi ſuper omnia non eleuarent
ad illum qui eſt ſuper omnia videndũ
nõ venirent vt dicit Auguſtin⁹ om̃l.
i. ſuper Jo. immo vt dicit Gregori⁹
2°. dyalogorum fit anima videntis ſu
pra ſe ipſam. ¶ Secundũ eſt dilata°
anime non intenſiue vt dictum eſt ſꝫ
extenſiue. d. beato Gregorio ſecũdo
dyalogoruꝫ quẽlibet parum de luce
creatoris inſpexerit breue ei fit om
ne quod creatum eſt. Et ſic Beatus
benedictus ħ lumine viſione vidit to
tum mundum. ¶ Tertium eſt Jrra
diatio quia futura videt. ⁊ alia iuxta
illud Gregorij. 4. dyalogorũ. Quid
eſt ꝙ non videant cum videntem om
nia vident. ¶ Quartũ perfecta trãſ
formatio. Jo. in canonica. i. c. 3. d. Cuꝫ
apparuerit ſimiles ei erim⁹ qꝛ vide
bimus eum ſicuti eſt. quia dicit ſimi
les ei erimus tranſformationem tan
git per quam aĩa tranſit' in formam
dei. Quia cum ꝓceptum de dei dile
ctione pfecte ipleatur in pria ⁊ aĩa
dilectõe. teſtãtibus. Aug° hugone in
ħ tranſformetur in deũ ꝓpoſituꝫ pꝫ.
¶ Quintuꝫ eſt deificatio. ⁊ ſequitur
ex ꝓmiſſo. Et iõ. d. boetius. 3. de cõſo.
ꝙ de⁹ natura vnus eſt. ꝑticipatione
plures. Ex quo ſic trãſformant̃ ĩ deũ
diuine volũtati ſint ſũme ꝯformes.
Et diẽ volũtatis ſecreta ꝯgnoſcunt
iuxta modũ loquẽdi apoſtoli. i. cor. 2.
¶ Sextũ ẽ recreatio qꝛ ſũmũ bonũ
ñ ſolũ videt̃ ſꝫ ipo ſũma delectatiõe
ꝑfruũtur. tunc. n. hñt oẽ bonũ iuxta
dcm̃ dñi. loquẽtis ad moyſem exodi.
34. ¶ Septimũ ẽ qetatio vt. n. dicit
Auguſtinus. i. cõfeſſio. feciſti nos do
mie ad te ⁊ ĩquetũ eſt cor noſtrũ do
nec requieſcat in te. cum in deo anĩa
quieſcat. pꝫ ꝙ qetatur. Et iſtud eſt ꝙ
dicit euangeliũ. qꝛ pacẽ hñt. pꝫ quia
qetãtur. Sunt ſtabiles. Jõ dicit qui
libet ego ſum. Aliter non eſſet vera
pax. ſi non eſſet ꝑmanẽs. ¶ Sunt ſe
curi qꝛ a nullo turbari pñt ⁊ iõ eis dr̃
Nolite timere. Et ſic pꝫ de beatitu
dine eſſẽtiali. ¶ Sed de btitudĩe ac
cidentali ſtatim ſubditur. videte ma
nus meas ⁊c. i. ſi vultis habere vr̃aꝫ
beatitudineꝫ accidẽtalẽ. ſ. corpis ve
ſtri obiectiuã ⁊ ꝯſolatiuã. videte ma
nus meas. i. qꝛ ego ſuꝫ deus ⁊ hõ. Et
in deitate hẽtis beatitudinem vr̃aꝫ
eſſẽtialẽ ⁊ obiectiuã. Sꝫ qꝛ de⁹ ſpũs
ẽ ⁊ corpalibus oculis nõ põt videri
⁊ vos vera corporũ veſtrorꝫ reſurrec
tõne ⁊ glorificatõe a glorificata aĩa
ꝓcedente indigetis beatitudĩne obie
ctiua ⁊ corporali. Jn quo conſiſtat
ego vobis declaro. d. videte manus
meas ⁊ pedes meos qꝛ manus ⁊ pe
des principales ꝑtes ſunt corporis.

conſequenter videndo eas ⁊ totum corpus videte ergo in humanitate mea ⁊ precipue glorificatione corporis erit in videndo. beatitudo veſtra obiectiua ⁊ corporalis. Summum enim gaudium habebunt beati ⁊ habent videndo humanitatem noſtram in chriſto domino. deitati vnitã ĩ vnitate perſone ⁊ glorioſam ſuper omnia ad cuius inſpectionez tertia pre alijs magna bona erunt in electis accidentalis beatitudinis. videlicet.

¶ Primo erit omnium potentiarũ ſaciatio quia dicit euangelium quod chriſtus cõmedit partem piſcis aſſi ⁊ fauum mellis per piſcem aſſum humanitatẽ intellige aſſatam in ligno crucis caritatis incẽdio per fauum mellis. ei⁹ intellige animam melli diuinitatis unitam ⁊ ſaciatam chriſtus cõmedit. quia ſe beatum fecit: quo ad predicta duo ſed iſtius cõmeſtionis. i. beatificatõis ſue reliquias dat ſanctis ſuis gloria: ex gloria anime in deitate ſua beatificate. corp⁹ btificaꝛ ⁊ ſaciaꝛ. vt dic̃ p̃s. Saciabor dũ appuerit gloria tua. Et quia tot⁹ homo beatificatur quare ⁊ omnes potentie tam interiores quam exteriores conſeq̄nt ſaciant ⁊ btificant ⁊ cõmedũt reliq̄as btificatõnis quia ſunt beatificate. ¶ Uirtus viſiua. ⁊ potentia: quia vt dicit p̃s. Uidebitur deus deorum in ſyon. i. yelus. ¶ Potentia auditiua ezech. Die ac nocte non recebunt laudare nomen domini. ¶ Potentia. ⁊ virtus odoratiua. triplici odore ſcilicet chriſti. In odore vnguentorum tuorum ⁊cetera. Beate Marie ſicut mirra electa odorem ⁊cetera. eccleſiaſti. 24. Sanctorum angelorum apoc̃. Data ſunt ei incenſa multa ⁊ aſcendit fumus aromatum ⁊cetera. ¶ Potentia ⁊ virtus tactiua habebit. n. propter dotem ĩpaſſibilitatis ĩ tangendo omne delectamentum ⁊ delectationez. ¶ Potentia guſtatiua. quia tunc impletur illud. p̃s. Guſtate q̄ꝫ ſuauis eſt dominus. ¶ Potentia. interior iudicatiua quia deus dat beatis quod nec oculus vidit nec in cor hominis aſcendit ⁊cetera. ¶ Potẽtia imaginatiua p̃s. Dicit in pace in id ipſum dormiam ⁊ requieſcam.

¶ Potentia compoſitiua ſiue fantaſtica quis poterit imaginari que ⁊ quanta ſunt que dat deus diligentibus ſe Jacobi primo. Dat omnibus affluenter. ¶ Potẽtia extimatiua omnium ſcilicet bonorum adeptõne computati ſunt inter filios dei ⁊ inter ſanctos ſors illorum eſt ſapientie quarto. ¶ Potentia memoratiua. tunc poteſt dicere homo. Memorabor iuſticie tue ſolius. Rõ eſt: quia ſecundum iuſticiã datur. ipſis electis in p̃ria. ⁊ reprobis in inferno. ¶ Secundo erit appetituũ quietatio. Et h̄ oſtendit euangelium cum dixit chriſtus h̄ ſunt verba ⁊cetera. Multa verba eis chriſtus dixit. ſed precipue. Centuplum accipietis ⁊ vitam eternam poſſidebitis. Mat. 18. Et Jo. 16. Iterum videbo vos. ſ. beatifice ⁊ gaudebit cor veſtruz ⁊ gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. hoc gaudium eſt impletio deſideriorum omnium poſſibiliuz ab homine haberi. Si enim homo appetit naturaliter. ¶ Primo pacem vt dictum eſt dominica ſecunda in quadrageſima p̃s. Poſuit fines tuos pacez ⁊cetera. Ibi erit pax dei que exuperat omnem ſenſum ad philipp. 4ᵒ. ¶ Secundo veritatem. vt dictum eſt feria ſecunda dominice 2ᵉ. tunc impletum erit illud chriſti Jo. 8. cognoſcatis

veritatem ⁊ veritas liberabit vos
videbunt enim illum qui eſt veritas.
via ⁊ vita. Jo. 14. ¶ Tertio congni
tionem ſui ⁊ noticiam. i. cor. 13. Tunc
cognoſcā ſic̄ ⁊ cognit⁹ ſum. ¶ Quar
to deo ꝯformitatē p̄s. 3. In manda
tis eius volet nimis. Ibi iplet illud
yſ. 45. oīs voluntas mea fiet. ¶ Qui
to a penis Inferni euaſionē. vt enim
dicit btūs Ambroſius. h ē pria reſur
rectio. i. p^a reſurrectōis accidētalis
glīa. ſ. euaſiſſe ſupplicia. ſ. inferni. lu
cez poſſidere iuſticie. ¶ Sexto boni
adeptōez. vt dcm̄ eſt feria ſexta. xp̄s
erit oīa in oībus collo. 3°. ¶ Septi
mo gaudij ⁊ leticie iocunditatez. yſ.
35. leticia ſempiterna ſup̱ capita eo
rum gaudiuz ⁊c̄. Et yſ. 25. Aufert do
minus ab omni facie lacrimam ⁊c̄.
¶ Octauo dei amorem dilectionem
⁊ caritatem quia ibi impletur prece
ptum de dilectione deum ſuper om
nia diliget toto corde tota mēte ⁊c̄.
Deutero. ¶ Nono hoſtis dyaboli
victoriam ⁊ ſubiectionem tunc iuxta
dictum p̄s. Non timebit a timore
nocturno. Ratio vt dicit. yſ. c. 33. eſt
quia ſedebit popul⁹ meus i multi
tudine pacis in tabernaculis fiducie
in requie opulenta. ¶ Decimo a pe
riculis mundi liberationem h. tran
ſiſſe de morte ad vitam. ⁊ de exilio
ad pt̄iam gaudiuz duplicabit. ¶ Un
decimo. eſt in petitis exauditionem.
tunc implebitur illud p̄s. Dabit ti
bi dominus petitiones cordis tui. ⁊
illud pete a me quod vis ⁊ dabo tibi
¶ Duodecimo ſanitatis perceptio
nem. tunc impletur illud p̄s. Qui ſa
nat omnes infirmitates tuas. Et. yſ.
60. Occupabit fines tuos ſalus. Et
apoc̄. 21. abſterget deus omnez lacri
mam ⁊ mors vltra non erit ⁊cetera:
¶ Tertiodecimo cum deo coniūctio
nem ⁊ ipſius dei in ipſo perpetuam
in habitationem. Deus enim habita
bit cum eis ⁊ ipſi populus eius erūt
⁊ ipſe cum eis erit eorum deus apo
vigeſſimoprimo. ¶ Quartodecimo
libertatis omnimode conditionem
quam habebunt. vt enim dicit apo
ſtolus gal. quarto. Illa que ſurſum
eſt ieruſalem libera eſt. Ratio quia
ſeruire deo regnare eſt habebunt
enim duplicem dotem ⁊ agilitatis
⁊ ſubtilitatis que eos quo ad corp⁹
liberimos faciet ⁊ reddet. Sic ergo
appetitus diuerſi de quibus dictum
eſt in precedentibus ſaciātur in pa
tria a deo. vt patet ex predictis.
¶ Tertio erit omnium cognoſcibi
liū intellectio. Et hoc oñdit ſanctuz
euangelium cum dicit quod chriſtus
aperuit illis ſenſuz vt intelligerēt
ſcripturas. hic oſtendit ſaluator.
Johannes ſextodecimo quando. d.
venit hora cum iam nō iprouerbijs
loquar vobis ſed palam de pr̄e annun
ciabo vobis. Et tunc implet illud ſa
pientie. 7. Dedit mihi oīuz que ſunt
ſciam veram ⁊c̄. Iſtud erit q2 nunc
vt dicit apoſtolus. i. cor. 13. videmus
nunc per ſpeculum in enigmate tunc
autem facie ad faciem. Quam ſciam
habeant deum videntes patuit In
Johe eulā. q dormiuit ſupra pect⁹
dn̄i ⁊c̄. Patuit in ap̄lo paulo ⁊ ſic d
alijs. Sic ergo pz qd hac bti^e accidē
tali a deo boni obtinet. ¶ Sz poſſet
aliqs q̄rē quō ad dcāz duplicē bti^{tm}
obtinēdā pueit ¶ Rn̄dit ſcm̄ euā^m
dcō xp̄i q 3^a oz hoiem exercere. vz.
¶ Primo mundū totaliter deſere
q2 oz eū pati. i. oīa dimittere mundi
vt fec̄ xp̄s q nud⁹ cruce mortu⁹ ē ad
h oñdēdū vt i p h⁹. 40^a lis tractatu
ē dcm̄. ¶ 2° eū pcca oīa dteſtari. ⁊ di
mittet q2 a mort[illegible]ib⁹ mortuis

De.M.Ar.feª 3ª i albis f.đ euāglō.57.đ ſūmo bono.ſ.do ⁊ ꝑ ɔ̄ñs.btitudīe

reſurgere.verum quia peccata relin
quere cum mundo parum eſſet niſi
bonis operibus homo iſiſteret.ideo
dicit quod oportet penitentiam ſcili
cet exercere cum ceteris virtutibꝰ
habere prout dictum eſt in ſecunda
pte huiꝰ opibꝰ de mundo minori.mi
crocoſmo ideſt homine que tria ſi
aſſunt nobis.homo obtinet remiſſio
nem peccatorum.quo ad pene a deo
totaliter dimiſſionem.Et demum re
miſſione peccatorum penitentia per
cepta habet ad regnum archetypi
mundi ideſt dei introitum.per ipſi
us dei acceptionem ⁊ perpetuam cū
ipſo permanſionē.Quod nobis ipſe
concedat quitrinus ⁊ vnus eſt bene
dictus laudabilis ⁊ glorioſus in ſe
cula ſeculorum.Amen.

¶Explicit quadrageſimale.de con
temptu mundi diuina gratia facien
te editum a Magiſtro Bartholo
meo de piſis ordinis fratrum mino
rum.Anno domini.M.cccc.lxxxviij
Cura peruigili Magiſtri Johānis:
de Mapello eiuſdem ordinis conuē
tus Mediolani correctuz.

Impreſſum Mediolani per Magi
ſtrū Vldericuz ſcizenzeler.Anno do
mini.M.cccc.lxxxviij.

Regiſtrum.

abcdefghiklmnopqr omnes
ſunt quaterni.

BIBLIOTECA CENTRAL · BARCELONA

H C 81

BIBLIOTECA DE CATALUNYA
1001959199

8º
DIPUTACIÓN PROVINCIAL
DE BARCELONA
BIBLIOTECA CENTRAL
Reg.º 368029
Sig.ª Inc. 96-8º